nem. ¶ Siquis hos duos aphoriſmos vnum fecerit: non anathema ſit. ¶ Poteſt quidem fieri ſic. Senes facilime ferunt ieiunium: ſecundo conſiſtentes facilius. minus vero pueri: omnium vero horum maxime infantes: horum vero ipſorum quicunq̄z ſunt animoſiores exiſtentes. Qui enim creſcunt plurimum habent innatum calorem. Secundo conſiſtentes intelliguntur: quorum etas inter perfectam iuuentutem ⁊ ſenectutez mediatur: vtpote qui cum iuuentutem perfectam tranſeunt: nondū tamen ſenes fiant quos Theophilis ſecundo cōſiſtentes appellat: inter quos ⁊ pueros alia eſt etas harum duaruz media: que ſicut eſt media ita mediocriter neceſſe eſt vt abſtineat: neq̄z dure ſicut ſenex: neq̄z facile ſicut pueri ſed medie ſunt impatientes. ¶ Hanc etatem pretermiſit hypo. vbi lector per ſe intelligat: quod autem infantes animoſiores minus dixit eſſe patientes: naturalem oſtendit diuerſitatem: cum animoſiores maiorem habeant calorem naturalem: vnde multum nocet eis ſi vltra modum abſtinuerint. ¶ Nota autem q̄ dixit. Senes non ſeniores: q̄ ſi vtroſq̄z in ſenibus denotaſſet tunc ieiunium ferre facile cibo paruo contentos dixit eſſe: cum decrepiti non facile ieiunium ferant neq̄z tamen ciborum multam quantitatem capaint: quia. Natura eorum eſt ſicut lucerna ad extinguēdum parata: que cum fere extinguatur querit vt paucum oleum adminiſtretur. ¶ Si cum plus nimio abundauerit citiſſime eam extinguit. ¶ Itidem huiuſmodi etas paruum cibum ſibi expetit: neq̄z multum tempus ad accipiendum indicat: quod cur euenerit cauſas incipit dicere dicendo. 14

Nā ſeniū eſt ſic lucerna ad extinguēdū parata.

In libro de complexionibus monſtrauimus q̄ calor a quibuſdam medicis in iuuentute perfecta maior eſſe dicatur. ¶ Alij intelligunt infantes maiorem habere calorem: q̄z iuuenes qui calorem infantium intendunt eſſe maiorē ad humorum ſuorum corporum comparationem quia calor in iuuenibus acutior ⁊ fortior ſecundum eos videtur eſſe: ſed ſubiectum in infantibus vbi calor eſt abundantius. ¶ Neceſſitas ergo inſequitur vt quamuis hic multum poſſemus dicere de hac re tamen breuiter dicam: aliquando hi calorē proprie intelligunt ſolam qualitatem: aliquando ſubiectū quod ſecundum eam quale denominatiue dicitur: quod cōſuetudinarium fuit omnibus: ⁊ maxime antiquioribus. Theofraſtus vero in quodam ſuo libro quem fecit de calido ⁊ frigido inquit. ¶ Corpus contrarias qualitates diuerſis ſuſcipiens temporibus: cum calorem calidum cum frigus ſuſcipit frigidum appellatur. ¶ Dicimus autem calorem multum eſſe ex ſubiecti cum ſuſcipientis conſideratione. ¶ Suſcipitur autem calor maior vel minor vel cum confuſione ſubſtantie vel non confuſione. ¶ In non confuſa ſubſtantia veluti ſi duo vaſa inequalia impleta calida aqua in quantitate caloris non erunt paria: dicentes ergo alterum altero calidius eſſe de maiori vaſe hoc intelligere debere. ¶ In confuſa ſubſtantia maior ⁊ minor vocabitur eſſe calor: velut ſi duo vaſa equalia vino ⁊ aqua mixtis ſint plena: ſed tamen ex commixtione inequali dicimus In hoc vaſe plus: vinum abundat: in altero vero aqua. Et ſimiliter ſi vtrunq̄z in vtroq̄z vaſe equaliter miſceatur Aliquando vero non quantitas: ſed ſola in his intelligitur qualitas. Dicimus ergo ¶ Calor in hoc vaſe maior

Calō multus eē dr ex ſbti eū ſuſcipiētis cōſideratiōe.

Unū calorē altro maiorē eē duobꝫ mōis dr

eſt: in illo vero minor duobus quoqꝫ vaſis in quantitate equalibus ſi in vno calida eſt: in altero calidior habeatur di cim⁹ i hoc vaſe calor maior: ē ĩ illo vo mĩor qḋ tñ ē abuſiuū cū fortior ⁊ debilior dicē deberem⁹: q̄ q̄litatiua: ſūt ñ q̄n titatiua q̄ntitas, ſoli ſubſtātie puať q̄ abuſiōe ñ ſolū vulg⁹ ſʒ etiam medici vtūť dicētes mōbū maiorē vel minorez cū morb⁹ ñ ſba ſit. ſiliť ſe brē maiorē vl' minorē itidem ḋ epilepſia ma iori ⁊ minori: ⁊ pleure ſi: ⁊ ceteris ¶ In qua no minum equiuocatione intentionem dicentis oportet conſiderare: ne ſiquis infamet dicen tem diuerſa: potius ſi dignus infamia: non bene perpendens ſua dicta. ¶ Unde quidam hypo. hic obuiant in calore dicentes eum intelle xiſſe qualitatem ſolam: cum ipſe calidam intellexerit ſub ſtantiam. ¶ Subiectum enim caloris naturalis ſecundū ſubſtantiam aeream ⁊ aquoſam eſt videri ſicut ſperma vi demus in quo ſubſtantiam terreſtrem inuenimus paruaz cum plurimum habeat caliditatem ⁊ humiditatem: ſicut diximus in libro de ſpermate ⁊ ſanguine menſtruo: qui bus conficitur humanum corpus. Sanguis enim men ſtruus naturaliter eſt calidus et humidus. cum autez cor pora humana mutantur in terreſtia: ſicut in initijs vide mus augmentari: vnde ⁊ ſi calidiſſimum ſit nature ignee erit: vnde ⁊ in his calor naturalis neceſſe eſt ꝙ paruus ſit quod ſi non foret calor naturalis in febribus multus foret: ſed cum non ſit in ipſis qualis ante fuit: quomodo ergo maior erit. ¶ Calor naturalis enim temperate complexio nis. eſt ignee vero accidentalis. ¶ Quod autem corporib⁹ accidentali calore diſſoluitur fumo igneo calidum ⁊ ſiccum eſſe probatur: fumus enim caloris naturalis temperatus eſt ⁊ ſuauis quod tactus etiam teſtatur. ¶ Calor enim in ſanis ſuauis ⁊ gratus tactui: neqꝫ nocumentum neqꝫ pun cturam ingerit ſed in febricitantibus maxime in ſolidis ar tubus: ⁊ calor qui eſt de humoribus putredinibus horri bilis eſt ⁊ acutus: ⁊ tactui pungitiuus. ¶ Qualitas autē caloris naturalis ſanorum ⁊ in infantibus certa ⁊ perfecta inuenitur: perfectio autem iuuentutis calorem habet pun gitiuum ⁊ non humectatiuum: neqꝫ iſta mirabilis erit natura: quicquid enim de qualibet re diſſoluitur ei: vnde diſſoluitur neceſſe eſt vt aſſimiletur. Si ergo infantis ſub ſtantia vnde fumus diſſoluitur aerea eſt ⁊ humida: ⁊ diſſo lutum ſuaue erit ⁊ humidum: ꝙ ſi ſubſtantia terreſtris eſt ⁊ ſicca: ⁊ diſſolutum fumum habebit acutum ⁊ ſiccum: ſi cut ĩ exteriorib⁹ videm⁹ ꝙ fumus de aq̄ dulci diſſolut⁹ ſua uis eſt ⁊ gratus: ⁊ humectans. ¶ Siccorum autem corpo rum: calor cum incendatur ſiccus eſt ⁊ acutus. Calor autem corporis duobus modis ſe habet: aut eſt ſuauis ⁊ gratus: aut acutus ⁊ ingratus. Suauis ⁊ gratus pluri mus eſt in infantibus ingratus ⁊ acutus in iuuenibuſ. Quod ſi proſpiciatur phyſice planius erit. Uidere. Uidea mus ergo elementa in quibus pro poſſe noſtro hec redden tur plana. Elemēta .n. ex qb⁹ oīa corpora ꝯſtituūť terra: aq̄ aer. ⁊ ignis eē videť: ſba āt īfantiū ex pte materie ē paruꝫ terreſtris maxie āt aerea ē ⁊ aquoſa iuuētus pfecta his ē cō traria: q: ſi ſm quartum elementum calorē in vtriſqꝫ dixi mus equum: non tamen eſt poſſibile ſubſtantiam calidā in his equalē eſſe. Subſtātia .n. calida in infantib⁹ eſt hu mida: in iuuenibus eſt ſicca. Joāniculus. Hypo. hic intē dit ſuauitatē eſſe in infantibus: contrariam vero in iuueni bus. Quicquid vo dixit ad quātitatem reſpexit corporis. Sba enim hūida dignius calori nāli ſubijciť cū corpora nr̄a de ſba hūida cōficiantur. Sba ſicca calore ex mutua to ē calida. ¶ Si g̃ pueri ſūt plus aerei q̄ꝫ calidi neceſſe ē pl⁹ abūdare calore nāli. Iuuenes quando magis terreſtres ſīt ⁊ min⁹ habūdāt hūoꝝ tanto min⁹ calore naturali neceſ

¶ In nomi nū eq̄uoca tiōe intētio nē dicentis oꝫ conſide rare.

¶ Calor nāľis tpatę cō plexiōis ē.

Calor in ĩ fantib⁹ ſua uis ⁊ grat⁹ eſt multum ĩ iuuenib⁹ aūt ē ingra tuſ ⁊ acut⁹.

Nō ē poſ ſibile ſbam calidam ſi vtriſqꝫ eſſe eq̄lem.

**Uentres hyeme ⁊ vere calidiſſimi ſunt natura: ⁊ ſomni longiſſimi. In his er go temporibus oblatio nes plures dande ſunt. Etenim innatus calor ē multus nutrimento igi tur ampliori indiget. Si gnū ⁊ etates ⁊ athlete.**

ſe eſt abundare. Quicquid autem de ſba humida diſſoluitur: multo magis eſt quā quod de ſicca: ⁊ ſi in calore ſint paria: quod etiam videtur in exteriori bus corporibus. Si .n. corpus humidū ⁊ ſiccū eq̄ liter calefiet: proculdubio multo plus diſſoluiť de humido: oleo enim ⁊ aqua calefactis ex aqua plus cōſtat diſſolui. vbi vo calō pau cus: ⁊ cibus ex petiť pauc⁹. Si enim paucis cā bonib⁹ multa li gna aggregētur neceſſe ē vt ignis extinguať: ꝙ āt dixit ſenib⁹ nō acutas febres eſſe ſicut iuuenibus. ſine dubio eorū corpora oſtendit eſſe frigidiora. Si enim febris ni hil aliud eſt q̄ꝫ calor naturalis in igneum: muta tus: conſtat hunc tantum non mutari in ſenibus ſicut in iuuenibus in quibus multitudo caloris fa cile ad vltimitatez deuenit: non ergo ſenes tantuꝫ febriunt quantum iuuenes ꝙ ſi accute febriunt ſunt ſigna perditionis ex magnitudine ſui ⁊ ex de bilitate ſubiecti hec hypocratica volentibus ⁊ non contra eum cauillantibus hic pauca ſufficiant que diximus. Luce contra hypo. cauillanti ſatis ĩ qua dam epiſtola reſpondi: quam ita intitulaui: hypo cratem non peccaſſe vbi dicit. Qui creſcunt caloreꝫ habent innatum plurimum. 15

**Tempora anni multum dant adiutori um in ordinanda dieta cibi: in hyeme vo maiorem ciborum videmus appetitum ⁊ maiorem digeſtionem. in eſtate vo contrarium** quod bene diffiniunt cum ventres calidiſſimos na tura hyeme ⁊ vere dixit hoc autem quare ſit ſub iungendo expoſuit. Etenim innatus calor multuſ multo ergo indigent nutrimento: neqꝫ calorem ab ſolute dixit ſed innatum. i. naturalem determinā do appoſuit. ¶ Naturam caloris naturalis in p̄ cedentibus dixit. ¶ Cur autem accreſcat in hyeme: innuitur alibi ab hypocrate: calor inquit in hyeme interiora ingreditur: ⁊ ibidem adunatur. in eſtate autem ſue ſimilitudini gaudens exteriora petens diſſoluitur: ⁊ in corpore minoratur. ¶ Quia ergo in hyeme digeritur multum: ⁊ multus cibus erit appetendus. ¶ Sequitur ergo. Et ſomni longiſſi mi: propter longitudinem noctis. ¶ Somno au tem quantum natura iuuetur bonum eſt perpen dere. ꝙ etates ⁊ athlete ſignum eſſe ſubintulit in fi ne: multum calorem oſtendit multo nutrimento indigere. Pueri q: ſunt multi caloris multo ĩdigēt nutrimēto. Et ſimiliť ēt athlete ex nimietate ſui ex ercitij calor augmentatur naturalis ⁊ hi ergo mul to indigent nutrimento. Sed non vniuerſaliť hoc in omnibus intelligenduꝫ animalibus. ſunt .n. ac cipienda in cauernis hyeme accubantia: que nō tūc multo ĩdigent nutrimēto. Si .n. tātūdē comede rēt hoc tempore non poſſent illud digerere. ¶ Hoc autem idem patiuntur quidam homines cūꝫ lau dantur frigida aqua ꝙ ſi homines qui corpore defi ciunt in frigida aqua balnectur corpora infrigidā tur ⁊ nocet eis: vñ ⁊ male patiuntur: fortes tamen corporibus p̄mo accipiūt calorē in interiorib⁹ poſt vo plus caleficiūt calore ad exteriora redeūte. Hoc aūt ſimiliť in aīalibus frigide nature conſiderāduꝫ eſt: quorum calor hyemis frigiditate ſuperatur: vn de ⁊ quaſi mortua inueniuntur ⁊ in cauernis accu bātia: q̄dam inſenſibilia ⁊ nullū motū habētia q̄dā ibidē pereuntia. Sed calidiora ſanguine abundan

Mlto pl⁹ de ſba hūi da diſſolui tur q̄ꝫ de ſic ca.

Febres in ſenib⁹ acute ſigna ſit pdi tiōis.

Calor nāľis eſtate ḋ creſcit hye me vo au geatur

Animalia hyeme ĩ ca uernis accu bātia pau co indigent nutrimēto.

tia patiuntur hyeme idem quod humana corpora
que fortiora sunt cum lauantur frigida aqua: in qui
bus calor petit interiora. Caro vero eorum licet vi
deatur minorari dum balneantur non tamen cum
calore interiora dicenda est petere: ſed potius intro
vadunt calor ⁊ ſanguis: que cauſa ſunt carnis. Cū
autem humana
corpora ſpiritu
ſubſiſtant ⁊ ſan
guine: ſpermatꝫ
quoqꝫ humecta
tione: ſicut in li
bro noſtro mon
ſtrauimꝰ de ſper
mate: ī quo ſper
ma diximꝰ ſub-
ſtantialem cām mēbrorū corporis: ⁊ ex ipſo corpus
augmentari ⁊ nutriri manifeſtū ē meliorē digeſtio
nem fieri ſi ſanguis ⁊ ſpiritus interioribꝰ corporis
congregentur: quod non ſolum hypo. teſtatur: ſed
etiam in his duobus temporibus multum nutri-
mentum dandum profitetur. Quibus in tempori
bus ſi pauca diſſoluantur: non multus cibus dan
dus eſt: cum cibus ad diſſoluta recuperanda ſit ne
ceſſarius. Unde ex ipſo ſenſu verum dixiſſe hypo.
comprobatur. non ſolum enim his temporibus ſi
non bene digeritur: ſed ſi etiam parum comedūt cor
pora infrigidantur ⁊ maxime impenduntur. Si
autem vltra modum comedunt: non id patiuntur
quod multum comedentes alijs temporibus. In
quibus dictis non ſolum hypocrates redarguitur:
ſed etiam omnes facientes idem repelluntur. Nul
lus enim poſt qui non fateatur corpus humanum
diſſolui: licet incomprehenſibili ſenſu: ſolo tamen in
tellectu: quod oſtendit neceſſitas reficiendi. ſi enim
in eodem ſtatu permaneret: nec de corpore diſſolue
retur: non ſibi eſſet neceſſarius cibus. Perpendis
ne omnis impurgator hypo. nullam obiectionem
tuam: nulla reſponſione hypo. vel ſuorum diſcipu
lorum eſſe dignam. cum enim hypo. nihil inconcuſ
ſum dimiſerit: ergo vice ſui non dubitabo tibi re-
fragari. Quicquid inquit animal ab initio ſui con
ficit: complet quoqꝫ atqꝫ regit tripliciter fit: quorū
vnum calor naturalis: qui cum ſit causa omnis
actionis: maxime in hyeme: neceſſario appetitum
augmentat: ⁊ digeſtionē confortat: ſanguinem au-
get in corpore: diſſoluta a corpore ſuperfluitate re-
ſtaurat: purgatione diſſoluit a corpore ſuperfluita-
tem: ⁊ ideo multus cibus detur. Exterior vero ca-
lor non ſolum diſſoluit ſuperfluitatem corporis: ſꝫ
etiam rem naturalem que corpus cuſtodit: ſed diſſo
lutio que occulta vocatur a medicis: a ſolo calore na
turali fit: qui ſolus naturalis eſt animali: ſicut hy
pocras dixit: ⁊ nos oſtendimus in libro de virtute
naturali. hꝫ non ſolum appetitum facit conuenibilē
digeſtionem quoqꝫ ⁊ cuilibet membro aſſimilatio
nem: ſed etiam cibi expellit ſuperfluitatem. Cū er
go calor naturalis fit fortior diſſolutio ſuperfluita
tis tertie digeſtionis fit ſenſui occultior. vnde Dio
ſcorus dixit: Sudor enim extra naturam fit. ſi enim
curſus corporis ſecundum curſum nature fit: ⁊ na
tura cibo dominans ipſum vicerit non ad cutē ſu-
perfluitas cibi mandatur ſenſibus. Sudor enim in
laborantibus vel nimis exercitantibus: vel etiam in
eſtiuis ex nature fit fatigationibus. Curſus etiam
corporis in hyeme ⁊ vere eſt conuenibilis: ſi inquā
temperatus ſit: ſin autem econtrario. Hypo. enim
in fine huius libri hec tempora blaſphemat: ſi non
ſint temperata. Uirtus autem actionis caloris na-
turalis ſi cibum in ſtomacho bñ digerit teſtatꝫ ī hye

Sperma mēbrorum corporis cā ſbalis eē dr.

Ōis actionis cā dicitur eē calor naturalis.

Sudor.

Si nā ſupra cibum fuerit fortiꝫ nō ad cutē cibi ſupfluitas mādatꝫ

Humide diete omnibus febricitantibus conferūt: maxime vero pueris ⁊ aliis ſic aſſuetis refici.

Quibus ſemel aut bis: aut amplius: aut minus: aut ſecundum partem. Dandum vero eſt aliquid tempori ⁊ hore ⁊ regioni ⁊ etati ⁊ conſuetudini.

13

me corpꝰ ſꝫ nālē curſū hñ ſe hre: qr hꝫ tpe calor nāles augmē
tatꝫ ī interiori corpe. ſōnꝰ fit lōgiſſimꝰ ſupfluitas tertie dige
ſtiōis diſſoluitꝫ vl' expellitꝫ lꝫ nō ſētiatꝫ. fumoſa qqꝫ cū anhe
litu: groſſa cū vrina egrediuntꝫ. Hipoſtaſis ḡ vrie fetulē-
tior ē ī hyeme qꝫ ī eſtate ⁊ qꝫtitas maioratꝫ vrine: corpꝰ ma-
gis nutritꝫ: caro augmētatꝫ: ſanguis mltiplicatꝫ ordiatione
modū nō excedēte. Si
enī hꝫ turbētur: oīa ꝯria
ſequātur. Joannicius
Nā intelligitur res re-
gens ⁊ cuſtodiens cor-
pus. Que a medicis:
qttuor dr modiſ. vna ē
vtꝰ regēs corpꝰ: altera
forma ⁊ cōpoſitio cor-
poris: tertia complexio
ſui: qrta āt cōſuetudo nāe. Gal. Si qlitas ingt vl' qꝫtitas
corpis ingratꝫ ī multitudie ſanguis ⁊ carnis ex mlta come
ſtiōe fit ⁊ ex digōne eqli nō ſolū ſtomachi ſꝫ ēt vēarū corpis
⁊ mēbrorū totiꝰ corpis: qđ vulgꝰ ī rei vitate exptū ē: purgās
ſanguinē ī fine veris: ⁊ āte initiū eſtatꝫ: eſtate. n. ſupueniēte
calidiſſima: maximū piculū ſe ſbire eſtimāt: ſi nō ſe purgaue
rint: cū calor eſtatꝫ ſanguinē diſſoluat ⁊ chimos ſp ſparſim
ebulire faciat: vene āt iculcātur: lꝫ antea ſibi cōueniētes eſſe
videātur: vñ aut crepāt: aut putreſcūt: aut ad mēbra debilio
ra humores malos mittunt: qbꝰ phlegmones: heriſipile:
alijue morbi fiūt: ſꝫ nāꝫ ipſorū hūorū. Que oīa atteſtatꝫ in hꝫ
aphoriſmo hyp. in his ingt horis nō ſolū corpus plus di-
gerit: ſꝫ ⁊ mlto plus ciborū dādū ē ſibi: qr cibꝰ ad cōparatio
nē caloris nālis expetitꝫ ſi nō ſubeat calor exneꝰ ſic dixius: q
hūoribꝰ gnātis cibꝰ minuatꝫ. Hypo. nō idē hꝫ tractauit de
vere ſic de eſtate: qđ tñ ego ītactū relinqre nolo. Dico ḡ qꝛ
initiū veris ſimilꝰ ē hyemi qꝫ eſtati: eꝯ vo finis. Aliquan
do ver totū ē frigidū: ſic hyems aliqñ ca. ſic eſtas: vñ ⁊ ī ini
tio veris oꝫ cibū ordīari ſic ī hyeme ordinādū erat: ſꝫ tñ ſi to
tū friguerit ver velut ī hyeme ordinādus ē. in veris fine ⁊
totiꝰ caloris: ordināda ē dieta ſic in eſtate. ſi mediocre fuerit
mediocritas diete tenēda ē: q oīa ſanis ſunt ordināda vel
obſuāda: poſt enī īfirmorū ſubinferetꝫ dieta. 16
Precedēs aphoriſmꝰ de qꝫtitate cibi: ſbſequēs de q
litate tetigit. ī q mlta iuuamēta ſb breuitate idurit
hy. Primū quđ febricitātes oporteat nutrire dixit. ſcđo q-
litꝫ nutriantꝫ ſani. Res. n. exꝫ nāꝫ p ꝯrū ducēda ad ſua ppaꝫ
nāꝫ: opari ꝯrio īſtruit: nālia. n. ſꝫ ſilitudinē ſt ꝯſeruāda.
ī febribꝰ. n. qr febris ē morbꝰ calidus ⁊ ſiccꝰ: cū febris nihil
aliđ ſit qꝫ calor nālis mutatꝰ ī igneū hūida dieta dabitꝫ. in
nā. n. exiite ex etate vl' ꝯſuetudie hūida nō ſꝫ ꝯrū ſꝫ ſꝫ ſilitu
dinē dieta ē dāda. Oꝫ. n. nāꝫ corpuꝫ cuſtodire ⁊ ñ minuere
nec mutare: ſic ī morb facē ē. Qui vo ī hydropicis cū febri-
bus repugnare hy. arbitratꝫ: qꝛ ñ hūidis ſꝫ ſiccis dietantꝫ: in
ordināda maxie dieta deſipierūt: q mltū hꝫ loco neceſſaria ē:
ſꝫ ī magategni hꝫ a nob aptiꝰ explanata ſt vbi ſingli morbi
ſimplices ſimplici medicamie medicabūtur cōpoſiti cōpoſitꝫ
vl' eqlibꝰ: vl' vno magis alto minꝰ. Hydropici vo cū febri
bus ſic medicādi ſt ſic pleuretici ⁊ ſanguinē ſcreātes vt pti
ſici: qbꝰ. ſ. pleureticis dāda ē ſicca dieta: ptiſici ſ hūida. hi. n.
duo morbi q ſt ꝯrij ꝯrijs īdigēt medicamibꝰ. In his ꝯrijs
duobꝰ oꝫ vt fortior medicetꝫ pus. alt vo ñ negligatꝫ ſic ēt hy
dropici cū febribꝰ ꝯrijs neceſſe ē medicētur ſic ī cōpoſitꝫ ſit in
firmitatibꝰ. Hy. āt lꝫ rephēſus: hꝫ tñ ñ neglexit: ſꝫ hꝫ ponit
ptē p toto: ⁊ aliqñ ecōuerſo poſuit ſic ī aphoriſmo etatē ⁊ cō
ſuetudinē ponē: cōplexionē tñ itellexerit nālē: tps quoqꝫ ⁊
regionē. itidē ⁊ ī alijs locis faciēdū: neqꝫ hy. obuiādū. Si ḡ
corpꝰ exꝫ nāꝫ exierit medicādū ē ꝯrijs ⁊ reducēdū ſanitati. ſi
vo nāꝫ ſuauerit ī ſanitate cuſtodiēda ad laborādū erit. ſic. n.
auctorizauit hy. de qbus planiꝰ ī megategni dixius. 17
Cū ſuperius de quantitate ⁊ qualitate ciborū ſuf
ficienter diſputauerit: ordinem quoqꝫ dandi retice
re noluit. nō enim ſatis ē hoc ſolum ſcire infirmo
cibum multū ſiue parū ſiccatiuum ſiue humectatiuum eſſe

Urie hypoſtaſis gſ ſior fetulentior qꝫ ē in hyeme qꝫ ī eſtate.

Initium veris ſimilius ē hyemi qꝫ eſtati: econtra vo finis.

Nālia ſm ſilia ſt conſuāda. ſ. rē ex nāꝫ ſūtm ꝯrū ad ppriā naturā ducēda.

In duobꝰ modis ꝯrijs oꝫ vt fortior medicetur pus altero nō neglecto.

Declarat que conſideranda ſunt circa tēpus exhibitiōiſ ipſius cibi

dandum: niſi hic ſcias cui ſemel aut bis aut amplius ſiue minus dandum ſit: quod intelliges ex etate tēpore aut conſuetudine ⁊ regione ſicut ſuperius diximus eſſe ſecundum quantitatem: ⁊ qualitatem vnde ſubintulit: Dandum vero eſt aliquid tempori hore ⁊ regioni: vbi monſtrauit ſi mľtotiens vel paulatiꝫ: vel non etiam dandum ſit. Quibus etiam diſponēdis qualitas morbi: virt⁹ quoqꝫ infirmuꝫ primis cōſideranda eſt: deinde tēpus: etas: conſuetudo ⁊ ſimilia: que quomodo fiant in preſenti dicam. Si virtus infirmi ſit debilis ⁊ qualitas corporis corrupta ſit vel minorata ſit: parū cibi: ⁊ multotiēs dandum erit.



Eſtate ⁊ autūno cibos grauiſſime ferunt: Hyeme vero facile. Vere vero ſecundo.

His qui in circuitibus exacuūtur: nihil dare neqꝫ cogere: ſed auferri ex appoſitis ante criſim.

Paruitas que virtus eſt defecta: que ſemel non multum cibum ſuſtinet. Multotiens dandus erit: qꝛ corpus minoratum multam refectionem expectat vt creſcat. Corruptioni enim neceſſaria eſt reſtauratio ⁊ cum tēperamento. quod ſi virtus ſit defecta: corpore non extenuato vľ minorato: ⁊ chimis naturalibus nō corruptis vel etiā abūdantibus oportet vt paulatim detur ⁊ parū. Similiter virtute exiſtente forti: chimis vero multis ⁊ temperatis idem erit faciendum. Virtute autē forti exiſtente: ⁊ corpore corrupto vel tenui multus cibus ⁊ multotiens erit dandus: mľta enim refectione indiget corpus: qꝛ virtutis ſue fortitudo digerere eam pōt: ꝙ ſi nobis interpollatio febris obuianerit: neqꝫ multotiēs cibus dandus erit: neqꝫ multus: ſꝫ ipꝫ debemus dare paulatim. Si ergo fortis virtus ⁊ morbus ex abundantia fuerit: paruus detur cibus: ⁊ paulatim. licet enim digeſtiua virtus fortis ſit: tamē propter abundanteꝫ morbum parum damus. Cibus ergo dabitur ſecūdū qualitatē morbi ⁊ virtutē infirmi: ſecūdū tēpus quoqꝫ etatē et conſuetudinē ⁊ regionē: ⁊ ſimilia his ciborū erit quantitas ordinanda. In eſtate enim cibus multotiens dandus eſt ⁊ paucus. multotiens quidem: quia indiget propter ſepiſſimam reſolutionem: parum propter virtutis defectum. In hyeme multus ⁊ paulatim dādus eſt. multus propter virtutis fortitudinem: paulatim quia non indiget ſepiſſima refectione cum non poſſit digerere. Sanos autem iam diximus hyeme melius poſſe digerere propter calorem in interioribus latentem. medio vero vere ⁊ appropinquante iā eſtate parum cibi magis: ⁊ longis debemus dare interuallis. Hoc enim tempus. ſ. ver morbo de plenitudine aſſimilatur: quia chimi in hyeme coadiuuati diſſoluuntur effluētes per totum corpus. Idem quod diximus de tempore: in morbo faciendum de plenitudine. Parum enim cibi ſi virtus ſit fortis longis damus interuallis. Similiter etiā in vere faciendum ē maxime febricitantibus: de quib⁹ hyp. in hoc loco ſermocionatur: de ſanorum enim dietis iaꝫ diximus. Autumnus morbo de humorum corruptione aſſimilatur: vnde ⁊ febricitantes laudabili cibo hoc tempore: ⁊ ſepiſſima indigent refectione. in virtute forti multus cib⁹ ⁊ multotiens erit dandus: in defecta multotiens ⁊ paruus Secundum hoc etiam etatem: ⁊ regionem ⁊ conſuetudinē ⁊ cōſimilia conſiderare oportet. Secundum qualitatem inquam morbi: ⁊ virtutem infirmi: cum hec virtutem augmētent ⁊ confortent: vel minuant: ⁊ debilitent: q̄litatem quoqꝫ ⁊ materiam morbi augent vel minuūt: vel in malas qualitates conuertun. 18

Cibus dādus eſt ſm morbi q̄litatē ⁊ virtutis infirmi tenoreꝫ tēpus ⁊c̄.

Ver morbo de plenitudine aſſimilatur.

Autumnus morbo de hūorū corruptione aſſimilatur.

Quia de ſanis eſt locutus: de egris loquitur. Eſtate ⁊ autumno: quoniam tunc calor ad exteriora egreditur. Autumno vero quia tunc idem calor in qualitate tēporis diſſoluitur. Hyeme vero concluditur. Vere diuiſus eſt calor intus in nobis ⁊ foris grauiter ferunt: propter apertionem pororū. Hec verba non vt quidam putāt ſunt duplicata. Quidam enim: quia dixit ventres hyeme ⁊ vere calidiſſimos natura eſſe: hic vō. eſtate ⁊ autumno cibos grauiſſime ferunt: putant verba eſſe duplicata: ſed non eſt ita. Cum autem ſuperius per tempora anni quantitatem ⁊ ordinationē diete in infirmiſ ⁊ ſanis eē intellexit: hic neceſſe fuit dicere multuꝫ cibum ſemel datū ſcilicet hyeme n̄ nocere: qꝛ ferunt facillime. in eſtate vero difficillime: cuꝫ extra corpus calor naturalis exeat ⁊ vt⁹ defecta ſit: vnde caueatur ne mľtu ſubito deť cibus. De alijs vero temporibus ſcilicet vere ⁊ autumno dico ꝙ autumnus in natura ſui aſſimilať eſtati: ver vero hyemi: ꝙ poteſt intelligi: quia in autumno corpus incipit refrigerari: ⁊ pori claudi: vere quoqꝫ diſſolui ⁊ rarefieri pori. Hec autem ſatis innuit Hypo. non ergo eadē duplicauit. Item qđ prius ſuperius dixit: in ſanis dedit intelligi: hoc autem attinet infirmis. 19

Cā qꝛ cibus mult⁹ eſtate exibitus noceat

Ea quorum criſis fit: ⁊ quorum facta ē equaliter nō mouere neqꝫ nouū facere neqꝫ farmaciis neqꝫ alus prouocatōibuſ uti ſꝫ ſinere.

Omnis ordinatio diete vniuerſaliter triplex eſt: in quantitate: in qualitate: ⁊ quando debes dare. in duobus precedentib⁹ in febrium interpollationibus nulla auctoritas datur ab hypocrate. Tertium. i. quando debeas dare multum in his adiuuat nos. Vnde ⁊ in circuitib⁹ ideſt interpollatiōibus ab hypocrate dicitur. Portendūt interpollatiōibus inquit quo tēpore cibus dari debeat. Si eniꝫ iterpollate febres vnū tēpus cuſtodiant: ⁊ ipſum interpollēt: tunc nihil erit dandū. Sed ſi vnū tēpus nō obſeruauerit: tempora cibum dandi ſecundum ꝙ oportet non poſſunt certificari. vnde hypocrates his qui in circuitibus exacuuntur nihil dari precipit. Precipit ergo nobis neqꝫ incipientibuſ: neqꝫ preſentibus: neqꝫ ad capiendum appropinquantibus morbis cibū dari debere. Quod dixit: Ante criſim vel ante horam acceſſionis: vel ante ſtatum: vel ante veram criſim intelligi debet. Quodcūqꝫ autem horum intelligas ſatis eſſe conſtat: ſed intētio ſua fuit non ante acceſſionem aliquid dari. Superius enim de ſtatu dixit cum quo nec ante criſim reticuit. hic autē de acceſſione ſolum intellexit hypo. 20

Circa ordinationeꝫ diete tria ſit cōſideranda.

Poſtquā de ordinatione diete expleuit: vnde natura debeat dimitti operari oſtendere incipit: vt faciat ſecundum ꝙ oportet infirmis: obteſtatur autem ne aliquod adiutorium preoccupantes feſtinemus: niſi ſolum diete ordinationibus: etiam oſtendit quando natura nō permittatur operari ſed potius debeat adiuuari. Dicit igitur: Ea quorū criſis fit ⁊ quorū facta eſt equaliť nature ſunt permittenda: vt ſecūdū ꝙ oportet facere faciat: neqꝫ nos de ea intromittamus impedienda: ſꝫ ſi natura moueatur ad criſim non perfecte neqꝫ complete oportet nos quod de motu ſuo minuitur complere. Vnde idem in libro de chimis quo in libro ad idem intendit. Criſis inquit perfecta eſt: vbi natura currat ſecundum ꝙ oportet: neqꝫ de numero ſignificationum laudabilis criſis aliquid mutet. Quarum prima hec eſt: Criſis melior eſt cum purgatione q̄ꝫ cum apoſtemate: Secunda chimos purgans nociuos qui ſunt cauſa morbi ⁊ dominātes corpori: melior autē ē aliq̄ ſibi oppoſita. Tertia

Nota hic cōditiones bone criſis

ſignificatio criſis cū que cum purgatione neceſſaria recta ſit. i. procedens de loco morbi: que melior ē contraria ſibi. Quarta criſis q̄ eſt cum lenitate ⁊ quiete corporis: ⁊ hec eſt melior ſibi oppoſita. Quinta ē poſt apparationē coctionis que melior ē ſibi oppoſita. Sexta in die cretica que laudabilior eſt ſua oppoſita: q̄s oēs i criſi ꝫ perfecta eē oportet: ſi enim minus ſit vna vel alia vl' plures: ſiue criſis curſum excedat neq; pfecta criſis eē creditur neq; certa. 21

Que ducere oportet vndecūq; maxime natura repit inde ducere per conuenientes regiones.

Digeſta medicari ⁊ mouere nō cruda: neq; in principiis: niſi ſint furioſa. multa vero nō ſūt furioſa.

Que egrediuntur nō multitudinē cōſiderare oꝫ: ſꝫ q̄ nō egeruntur ⁊ ſi q̄lia opꝫ purgari purgentur ⁊ confert ⁊ bene ferūt. Et vbi opꝫ vſq; ad defectionē ducere ⁊ hoc facere ſi ſufficiat egrotemus.

In peracutis paſſiōibꝰ raro ⁊ i principiis farmaciis vti: ⁊ hoc prius bene diiudicantes facere.

In his intelligere nobis innuit purgationē humorum: qui materia ſunt morbi: quibus aut criſis eſt imperfecta: aut imperfecta futura eſt. Et etiam monſtrat per que loca purgari oportet: ex quo duo ſignificata monſtrauit: vnum. ſ. naturam mēbri: per quod purgatio debeat fieri. alterum quo humores fluere debeant. Dicit ergo. Undecūq; maxime natura repit. Loci vero per que apte ſūt purgationes ſunt hec: ſtomachus: inteſtina ⁊ veſica: vulua: matrix: cutis: item fauces ⁊ nares. Cum enī cerebrū debeat purgari: purgabitur fluxu ſanguis qui ex naribus fit maxime morbo oppoſitis: q̄ ſi nō contrarie. Currere chimos ad loca ſibi non conuenientia eſt: vt cum membrum nobilius ſit ⁊ ſenſibilius ⁊ ad patiendum ſuſpectius: q̄ ſi per ſe purgare velimus maius damnum q̄ ſi criſis abſit incurremus verbi gratia. Si in epate ſint chimi morborum generatiui: quos purgare neceſſe ſit: conueniens locus erit ſtomachus. ⁊ inferiora ipſius meliora ſunt cū egeſtionibus q̄ ſuperiora cū vomitu: vel renes vl' veſica: q̄ ſi chimi ſuperius ad pectus concurrerint: ⁊ ad pulmonem ſiue ad cor peruenerint: non ſignum laudabile erit. Unde ⁊ medicum inueſtigare oportet: vbi natura humores deſtinare velit: q̄ ſi ad apta loca miſerit: preparet viam ipſis: ⁊ ſuccurrat eis: ſi āt aliter quocunq; modo repugnet eis: ⁊ ad apta loca mittat. 22

Enumerat loca per que ſit apte fieri purgationes.

Si ꝑ ad loca nō apta humores nā deſtinare vellet ei repugnes.

Cum medicari dicat: conſueuit intelligere laxatiua: ſed q̄ dixit furioſa: abuſiue poſuit: cum ab animalibus mutuatus furioſis humoribus hoc tribuat. Cum enim animalia ad coitum furiant. in loco vno ſtare non poſſunt propter nimiam ſui concupiſcentiam que mouet ea ⁊ facit furioſa ⁊ nocens eis. Itidem ⁊ humores aliquando ſe mouent: ⁊ infirmo nocent de membro ad membrū currentes: neq; egrum permittentes quieſcere: actionem nature diſturbantes: qui ſint huiuſmodi oportet eos purgari: ſi autem quieſcant ⁊ in quibuſdam membris abundantes ſe non moueant: neq; medicamentis mouendi ſunt quouſq; maturati fuerint: quibus maturatis natura nos magis adiuuat in illis expurgandis. aliquando enim natura poſt morbum maturatum diuidit humores: eorum expellēs ſuperfluitates: que ſunt nociue ⁊ morbi cauſe: quo' i tempore criſis ſolet euenire: cum tamen natura perfecte ad criſim moueatur: non indiget medicaminibꝰ. Si autem imperfecte: oportet nos eam magis adiuuare ⁊ minorationem ſue virtutis explere: vt criſim faciat perfectam cum vtroq;. i. natura ⁊ medicamine. Nos autem in libro de virtutibus naturalibus naturam cuiuſlibet membri quattuor virtutes habere monſtrauimus: appetitiuam videlicet allicientem ⁊ elicientē ſibi conuenientia: alteram contentiuam circundantem ⁊ continentem ea: digeſtiuam decoquentem ⁊ immutantē digerenda: expulſiuam expellendam nociua a ſe. Item mōſtrauimꝰ q̄ quelibet medicina laxatiua attrahit ſibi ſimilia. q̄ſ bene autem nos hypocras adiuuat: cum nō nulla furioſa eſſe dixerit: quod patet experimentis. raro. n. eſt de membro in mēbrum currere humores: maxime in vno eodemq; membro gerentes: in quo permanentes vſq; ad finem morbi excoquūtur ⁊ digeruntur. Hic autem aphoriſmus raro in libro inuenitur: ſed cum inueni in libro de chimis. 23.

Cū aīalia ad coitū furiant: in vno loco ſtare non pñt.

Unumquodq; mēbrū quatuor hēre virtutes mōſtrauit gal. in libro de virtutibꝰ.

Oportet purgāda quātitates habere diſtinctas ⁊ diffinitas: ſiue naturalia ſiue artificialia ſint: ⁊ ſicut qualitates fuere aſſimilātes materie morbi: ſic ⁊ quātitates ſecūdum quātitatē materie debēt eſſe purgātes. Qualitates vero purgatiōis ſuperius mōſtrauimꝰ vbi in perturbatiōibus vētris diximus que ſpōte fiunt. purgatiōum vero quātitates nuſq; vſq; huc tetigimus. In hoc ergo aphoriſmo poſuit ſigna quantitatis purgationis. ſi enim tātū materia ⁊ cauſa morbi purgetur: infirmus quieſcit leuius: ſed ſi cum re naturali purganda miſceatur: grauatur ⁊ anguſtiatur ex neceſſitate īfirmus: cū ſua deficiat virtus: vnde nō ex quātitate purgāda tātum cōſiderētur: ſed ex dicēdis ſignificatiōibus. i. leuitate īfirmi quiete: ⁊ nocitorium exeūtium qualitate. Quod dixit. vſq; ad defectiōem ducere oportet: vtile eſt: ſed dāde ſūt ſignificatiōes quomodo fieri debeāt: quas cognoſcemus experimentis ⁊ rōnibus affirmantes. Quam defectionem tamē hypo. teſtatur videamus prius: an illam. ſ. que de phlebotomia vel alia venit medicina: vel ex humoribus acutis exiſtētibus i ore ſtomachi anteq̄ medicamē ad os ſtomachi veniat: aut ex ipſo medicamine mordicante: de huiuſmodi enim neceſſe eſt defici. Sed cum he defectiones ſoleāt cōtingere ante oportunas purgatiōes: nō vidētur eſſe ſufficientes. Similiter febricitantes quādoq; patiuntur defectionem propter anguſtias ingentes ⁊ propē corum aſſiduum ſurgere ⁊ corum monere. Unde q: aliquādo he defectiōes nō ſufficere videntur phlebotomandos puto oportere. Intēdit autem hic defectionem. i. purgationis quātitatem: ſicut in acutiſſimo apoſtemate: ⁊ in febricitantibus peracute: ⁊ maximo dolore: non tamen temere nos intromittamus: niſi cum virtus cuſtodiat: qd̄ innumerabiliter experti ſumus: ⁊ maximum iuuamentum inuenimus. Cum enim phlebotomamus vſq; ad defectionem in peracutis febribus. refrigeratur corpus ⁊ febris extinguitur: plurimi ventres ſoluuntur: ſudores patiuntur: ⁊ multi perfecte ſanantur. in maximo ergo dolore nulla medicina perfectior hac defectione. Oportet autem diſcernere vbi phlebotomare: ⁊ vbi dare farmaciā oportet: qd̄ diximus i libro de phlebotomia. 24

Si reſcū morbi cauſa mixta euacuabitur ex neceſſitate infirmꝰ anguſtiabitur.

Nota de phlebotomia vſq; ad ſincopī.

Hic dixit hypo. materiā purgare nō crudam: hic autem mōſtrauit purgatiōes neceſſarias ab initio ⁊ tātum i peracutis febribus: ⁊ raro cū furioſe ſint paſſiones: pcepit vero fieri cū maiori cōſideratione: in diuturnis aūt morbis purgatiōes expectātur a ſigno coctionis. Quod autem dixit. Bene diiudicantes facere:

quid intenderit debemus perpendere. ſ. an intenderit corpus infirmi ante purgationem parare vel expectare naturam operari: ut corpus farmacie apparatum ſit: an aliqd aliud portenderit: ſed quicquid ipſe conſiderauit maxime cuſtodiendum ⁊ cauendum eſt nobis in purgationibus huiuſmodi. Si enim detur non ſecūdū ꝙ oportet in acutis febribus: periculoſum eſt valde.

**Si qualia oportet purgari purgetur: ⁊ cōfert ⁊ bene ferunt. Si vero contrarium importune.**

Nō dō nā cuiuſcunqꝫ laxatiui.

Omne enim laxatiuum ſm ſe calidum ⁊ ſiccum eſt: unde febres generantur. non ergo neceſſe eſt dare medicinā calidam ⁊ ſiccam: ſed refrigeratiua ⁊ humectatiua detur.

**In quo morbo ſomnus laborem preſtat: mortale. Si vero ſomnus iuuerit nō mortale.**

Non ergo farmacia in febribus cauſa caloris earum ē adhibenda. ſatis enim bene perpendimus: quia multum noceret infirmis: ſed tamen danda eſt cauſa chimorum qui materia ſunt febrium: cum purgationem intellexmus plus iuuantem q̄ anguſtie timorem: quod fit cum materia morbi ſine corporis nocumento poteſt purgari: in quo perquirendum ſi corpus farmacie ſit paratum.

Qui morbi ſunt in principio purgationi incepti.

Quorum eniȝ morbi ex nimietate ſunt pinguedinis: vel multis cibariis groſſis ⁊ viſcoſis: vel ex tumore: vel extenſiōe ſub diaphragmate: vel nimio calore vel alicuius mēbri apoſtemate. hypo. in libro regiminis acutorum. Nulli inqꝫ horum ad purgationem apparati ſunt ſupple in principio. Ubi ergo purgatio conuenit nullum horum oportet inueniri. Conuenit enim chimos ſubtiles ⁊ faciles eſſe ⁊ ſine viſcoſitate: ⁊ viam exeuntium apparatam eſſe: ⁊ ſine cōſtipatione: quod totum aliquando eſt artificialiter faciēdū. iſtud hypo. hic intendit: ⁊ in ſequenti aphoriſmo confirmabit.

In egritudine acuta non niſi in principio diuidenda ē farmacia.

in egritudine autem acuta: non niſi in principio farmacia danda eſt. i. in die prima vel ſecunda ad plus: qꝛ non tantum ſpacium ut corpus ad hoc paretur ſuſcipiendum. Quod ſi eſſe poſſet: mellicratum bonum dare foret: in quo coquantur hyſopus: calamentum: ameos: ⁊ ſimilia. Hac igitur de cauſa raro hypo. precipit dari farmaciā in egritudine acuta: maxime cuȝ ſit furioſa: que ſi ſint: corpora cauenda non eſſent apparata: neqꝫ acumē morbi dabit ſpacium apparandi. 25

Iſte aphoriſmus in precedentibus eſt explanat⁹ vbi. In perturbationibus ventris ⁊c. dicit. Sꝫ quia de artificiali purgatione dicebat hic ⁊ qualit debeat fieri diffiniuit: neqꝫ graue fuit ſibi repetere. Quod ſi ante dixit: adhuc tamen repetit vt recordemur quod prius dixit. Et qꝛ in precedenti aphoriſmo artificialem ſolā tetigit: hic vtranqꝫ intelligendam innuit.

Finit particula prima.

Incipit particula ſecunda. 1

Quod in hoc loco per laborem nocumentum intellexerit: ex ſubſequentibus monſtrat cuȝ dixit. Si iuuerit: vnde ex oppoſito intelligendum eſt labor nocumentum. Nocumentum vero ſomni duobus modis ē: vno modo vniuerſali cum in initio interpollatarum febrium infirmus dormierit. Altero particulari cum in morbis quibuslibet infirmis. Hunc hypo. hic intendit: cum prim⁹ neqꝫ nocumentum: neqꝫ mortem portendit: ſed poti⁹ in initio naturam poriſmi iuuerit. Calor enim cum chimis in initio interpollate febris interiora petit: ſicut idem alias innuit: maxime ſi quis rigorem habuerit: tremorem quoqꝫ ⁊ nimiam frigiditatem in corpore exteriori.

Si infirmus in initio iterpolate fe. dormierit prolōgabūtur ei accītia.

Si ergo infirmus in initio interpolate febris dormierit prolūgantur huiuſmodi accidentia: neqꝫ febris ad ſtatum niſi poſt magnum laborem appropinquat. Si vero intus in viſceribus alicubi apoſtemata latitant augmentantur. Et ſi chimi aliqui ad ſtomachū currere ſolebant: nō ſolum non digeruntur: ſed etiam augmentātur: quapropter infirmi hoc tempore non ſunt dimittendi dormire: vt exteriora habeant ſpiritum ⁊ ſanguinē ⁊ calorem: ſicut etiam interiora. Redarguimur tamē a ſophiſticis obijcientibus nobis: quia nocere illud non a ſomno venit: ſed a febrib⁹ quod tamen excitatione minuitur. magis autē ſibi noceret ſi nō excitaretur: non tamē ſomn⁹ cauſa fuit nocumēti: ſed ꝙ nō excitatus fuit: hoc ergo palam eſt non ſomnum in initio nocere febrium: ſed potius auferens ſomnum minuit nocumentuȝ: ⁊ facit ſuum iuuamentum ⁊ afferens ſomnum minuit iuuamentum.

**Ubi deſipientiam ſomnus ſedat: bonum vbi verū preſtat malum.**

Alij vero dicunt ꝙ ſomnus nocet confirmantes hypo. non in initio febris ſomnū intendiſſe: ſed quocunqꝫ tempore fuerit.

Quō tēpore ſōn⁹ in ſe. iuuerit.

Multum autem videtur iuuare maxime in febrium declinatione: ⁊ aliquando in ſtatu: aliquando in augmento ſtatui vicino. Si ergo nocet in augmento ſtatui vicino: non eſt ad mortem eius fortis ſignificatio. in declinatione vero nocens certium ſignuȝ dat ad mortem.

Si ſolētia iuuare ſuo tēpore nō iuuerit mala erit eorū ſignificatio.

Si enim ſolentia iuuare in ſuo tempore tūc nō iuuent cum debeant iuuare: mala proculdubio ē eorum ſignificatio. Nocumentum vero ſomni contrarium eſt iuuamento ſui: cum non febrem minuat: ſꝫ potius augeat: dolorem quoqꝫ nimiuȝ maiorem apoſtemataqꝫ augmentet. Et aliquando infirmus irrationabiliter in ſomno loquitur. cum vero excitatur infirmus in eadem vanitate permanet aliquando diu: aliquando ſtupidus ſurgit: neqꝫ niſi cum magna grauitate excitatur. Que omnia patitur ex chimorum peſſimitatibus. Si enim calor naturalis in corpore chimis fortior fuerit: in ſomno eos digerit. Si autem debilior ſit: ⁊ chimi eum vicerint: dominantur chimi in viſceribus: vnde hec accidentia conficiuntur. Hypocrates vero intendit exteriora corporis in vigilijs caleſieri: in ſomnis vero refrigerari in quo plurimi concordant philoſophi. Somnus vero ⁊ vigilie interius vel exterius caloris naturalis fiūt adunatione.

Si calor in viſceribus adiuuetur neqꝫ mōbi māȝ vicerit nā mors ſeqꝛ.

Si igitur calor in viſceribus adunetur: neqꝫ materiam que morbi cauſa eſt vincere poſſit ſuis viribus: neqꝫ natura morbi cauſa ſupgrediatur certa mors ſignificatur. Sed ſi eam vicerit natura: ⁊ ſibi poſſit dominari: bonum quidem eſt ſed non ſignum certum ad ſanitatem: poteſt tamen dici infirmum propter hoc poſſe ſanari: ⁊ alia de cauſa periclitari. i. ſi patiatur apoſtema in aliquo membro nobili: ⁊ apoſtema durum ſit diſſolui: inde quidem poſſibile eſt eum mori. Bonum ergo eſt vt dicamus: ſi laborem facit ſomnus: ꝙ mors ſignificat. ſi autem iuuerit: contrarium faciet. ꝙ ſomnus noceat monſtratur in epidimia: cuȝ dicit. Multi inquit horum alienationem paſſi ſunt ⁊ ſtuporem. alij vō propter ſomnum doluerunt. 2

Hic ſuperiori ꝯtinuetur vt vnus fiat aphoriſmus ita dicetur. in quo morbo ſomnus laborem facit mortale: ſi vero iuuat nō mortale. Si igitur alienationem ſomnus ſedat bonum eſt: vnde iſte aphoriſmus priorem videtur confirmare. Intendit autem hypo. bonum ſomnum eſſe ſi dolorem mitiget ⁊ apoſtemata ſiue febres: ſed cum hec omnia intellexerit: periculoſius quoddā vnum vnde alia intelligerentur nominauit.

Quidā medici arbitrati ſunt eſſe malas vigilias excedētes modū: ſed ſomnū nō ſimiliter q: ſomnus ſemꝑ bonū ſignū ē. Nullus enī ſomn⁹ modū excedit. Multi quoqꝫ errauerūt putātes ſtuporem longum eſſe ſomnum: Quibus non obuiamus: quia nunqꝫ habuit vſus: vt ſtupor: ſomnus vocaretur longus: oportet ergo nobis cōcordent. Cū ergo naturalē moduꝫ excesserit: ⁊ ſine ſtupore fuerit: lōgus vocabiꝫ ſomnus: quem prius ſenſus facit. i. cerebri frigiditas: que ſi ſit fortis commixta humiditati litargiaꝫ facit: ſi vero ſiccitati cathalaſiam ideſt congelationem facit. Ecōtra vigilie exp̄mi ſenſus fiāt caliditate: que ex ſimplici fit complexione cerebro dominante: vel ex chorū commixtione: quod in quibuſdā libris noſtris nō explanaſſe meminim⁹: vñ h tm̄ breuiaſſe ſufficit. Sicut aūt quidā negāt ſomnū excedere temperamentum: itidem de vigilijs putant ſentiendū. 4

- A quo caꝫ ſonus
- A quo cātur vigilia.

Somnus ⁊ vigilie vtraqꝫ modo magis facta maluꝫ.

Non plenitudo: nō indigentia: neqꝫ aliud quodcunqꝫ magis natura fuerit nihil bonum.

Labores ſpontanei narrāt morbos.

Quicūqꝫ dolentes aliqd corporis plurimū doloreꝫ non ſentiunt: his mens egrotat.

Quecūqꝫ multo tēpore extenuantur corpora tarde reuerti conſueuerunt: que vero modico modice.

Cum in precedētibus vnū quoddā intellexit in hoc ſubſequēti oīa ſubintroduxit: oſtēdens ſanitatē tēperamētū eē ⁊ equalitatem. Exiens ergo tēperamētū vel equalitatē: proculdubio incidit in infirmitatē: ⁊ ſi multū egreditur morbus: ſi vero parū cā morbi appellatur. 5

Nomē laboris nō motū nimiū oſtēdit: ſed quod nimi⁹ motus cōficit. Si āt ſine motu tale qd cōtigerit: nō labor abſolute ſed potius labor ſine cā manifeſta appellādus erit. Qui labor tripliciter dicitur ſicut in libro de regimine ſanitatis dixim⁹. Unus ē ſicut dolor vulneris. Joānicius. Uulnera apud helenes ſunt inciſiones carnis. i. ſeperationes iuncture quocūqꝫ mō fiāt. Secundus dicitur quaſi dolor tetani. Terti⁹ velut dolor apoſtematis. Cauſa primi mali ſunt chimi. Secūdi ipſorū chimorum abundantia. Tertij vtrūqꝫ: Quod cum ita ſit neceſſe eſt his laboribus morbos nunciari. 6

- Labor dicitur tripliciter.

Cum dolorem hypo. ſepe conſueuerit appellare: nō hic dolorē intendit: ſed cauſam doloris ſicut in epidimia dixit: Dolores primi quos craton ſuſtinuit fuerunt frigidi: poſteriores calidi: per calidum ⁊ frigidum non dolorem ītellexit: ſed qualitas has que fuere cā doloris. Item hic ſignificauit: apoſtemata enim calida: vt heſipile: vulnera: inciſiones ⁊ excoriationes: ⁊ contuſiones: ⁊ quecunqꝫ horum patiuntur infirmi: neqꝫ ſentiuntur mente egrotare eos faciunt. Neqꝫ diſtat ſiue mentem: ſiue intellectum: ſenſum quoqꝫ ſiue memoriam dicat. 7

Maties paruo tempore extenuās corpora ex inanitione humiditatis corporis eſt intelligenda: nō ꝙ diſſoluātur ſolida mēbra. Que vero multo tempore macreſcunt carnem diſſolui portendunt: ⁊ membra cibum per corpus diuidentia eumqꝫ digerentia ſanguinem quoqꝫ generantia intelliguntur eſſe corrupta vt non poſſit cibus digeri quantitate corpori ſufficiente. Unde cum neceſſe ſit corpus refici cibo: multo plus oportet tempore reuocari. Hic aūt Hypo. intendit corpora ſola humiditate extenuata: cum dieta cibi velociſſime ad craſſiciem reuocanda. Membra enim appetitiua: ⁊ digeſtiua credimus eē fortia. Finis huius aphoriſmi diuerſus in diuerſis inuenit libris: ſed tm̄ ad idē redit q̄i modico modice: alibi que in breui cito reuerti conſueuere. 8

Si ex egritudine ſumens cibū accipiens quis non conualeſcat: ſignificari: quia corpus plurimo cibo vtitur. Si vero non accipienti hoc fit: ſignificat quoniam corpus inanitiōe indiget.

Corpora vbi quis vult purgare: oportet flura manere.

Hic aphoriſmus ex breuitate vni⁹ verbi eſt obſcurus: quod vſuale fuit aſiam inhabitantibus ⁊ eſt adhuc vſuale. Et eſt illud Accipiens: dicentes enim Accipiens deſiderāſ intelligunt ſeu volens. Non deſiderantes enim cibum non accipientes dicūtur: deſiderantes ⁊ ex eo corpus implētes dicūtur accipientes. Si quis ergo exiens ex egritudine cibum deſiderans ⁊: accipiens non reuocat corpus ad priſtinam ſanitatem: cibo accepto corpus non nutritur: ſed aggrauatur potius. Non cibum deſiderans: neqꝫ accipiens quantum ſufficiat: humores malos ſe habere ſignificat: quibus non purgetur: corpus ad virtutem priorem non reuocatur. Hypocrates autem in libro hoc ⁊ multis alijs humores multos phlebotomia minuendos innuit: ſed ſi ſit vnus pharmacia minuatur. Quod cum ipſe probaſſet: ⁊ alibi dixiſſet duos aphoriſimos ſubintulit: in quibus finem huius aphoriſmi de vtraqꝫ euacuatione explanauit: Si inquit cibum non accipienti hoc fiat: ſignificat quoniam corpus euacuationem indiget. Multi diſcordant libri de his duobus aphoriſmis in fine ſui ordinis. Qui autem ſic ordinauerunt: melius diſponunt. Non pura corpora quantumcunqꝫ nutries magis ledes vt continuētur verba ſic: Si cibum non accipienti hoc fiat: quia inanitione indiget: ſignificat quia non pura corpora quantumcuuqꝫ magis nutries: magis ledes: ſed cum libros reuoluerem ⁊ in eis ita ſicut modo libri habent reperirem: ſicut inueni ita diuiſi ⁊ explanaui. 9

- Si plures ſunt in corpe hūores phlebotomia ſꝫ minuēdi. Si vero vnus ſit humor farmacia.

Multi medicorum flura facere arbitrati ſunt: vt vomitu medicandos antea eos ad vomitum preparemus cum aqua calida: ⁊ humidis ⁊ faſtidioſis cibarijs cibare ⁊ ſic tandem medicinam dare. Quibus vero farmacia danda eſt: ventres mollificentur: ⁊ ventres ad relaxationem apparentur. Sed non tam vilis fuit intentio hypocratis. aliud enim maius ⁊ magis neceſſariū hic preuidit: quod multis multotiens probauimus experimentis. Subtiliandi enim ſunt humores groſſi ⁊ viſcoſi: etiam aperiendi pori: quibus valeant currere: ⁊ cuꝫ medicaminibus extrahi ⁊ expelli facile temperata medicina: qua non conturbetur natura: quod qui neglexerit ⁊ ad medicinam tantum intenderit: humores groſſos ⁊ anguſtioſos reddit cum nimijs torſionibus: defectiōibus quoqꝫ ⁊ vertiginibus multis ⁊ pulſibus inordinatis ⁊ ſimilibus: que quando ſicut in quodam libro noſtro expoſuimus. Hic autem hypocrates intendit corpora. ſ. fluxu: vomitu vel ſolutione purganda facere mollia: vt relaxeꝫ: aperiatur: ſubtilietur ⁊ diſſoluatur materia. 10

- Anteqꝫ corp⁹ euacuem⁹ prius ipſum preparamus ⁊ humores: et poros.

Quibi ſubeuntes corpa nõ pri⁹ mũdificata corrũpũtur malis humorib⁹: quorũ quãtitas neceſſe eſt vt augmẽtetur: ⁊ qualitas nõ mutetur. Hoc plurimũ patiũtur quorũ ſtomachus malis redũdat humoribus: ⁊ ſunt patiẽtes id quod ſupius dictũ ẽ: Si ex egritudine cibũ accipiẽs quis nõ cõualeſcat hoc fit ⁊c. ij

Nocumẽtũ cũ cibo maximũ afferres malis ſtomachũ humorib⁹ repletũ brũtib⁹.

Iſſaniculus. Ligda cibaria pluria p potũ hic intellerit. galienus: Cũ Hypo. hic itẽdat de his q corpa ſua erãt reficiẽda: ⁊ quorũ corpora erant reficienda: vt ad idẽ redeãt in quo fuerãt ſani: hic oſtẽdere voluit cibaria hoc faciẽtia. Dixit. n. in quodam libro d̃ cibarijs: Qui cito vult reintegrari ad hoc quod fuit: optimũ ẽ humidis repleri. q v̑o celeri⁹ vult refici potu reficiatur: qui vero adhuc celerius odore.

Qui cito vult reintegrari optimũ ẽ humidis repleri. q v̑o celeri⁹ potu ⁊ qui adhuc citi⁹ odore.

Non pura corpora quãtũcũq3 nutries magis ledes.

Facilius eſt repleri potu q̃ cibo.

Que relinquũtur in morbis poſt criſim ſubuerſiones facere conſueuerũt.

Quibuſcunq3 criſis fit: his nox diffiçile eſt ante acumen: ſuperueniens vero leuior vt in pluribus.

Nõ tñ abſolute intelligẽdũ ẽ q dixit ibi humidis. Dicit ãt potu: ſed potius illa q̃ corporis ſunt nutribilia: ⁊ groſſis cibarijs ad nutriẽdũ vicina: ſicut vina groſſa. Vinuz ãt aquoſuz ⁊ ſubtile atq3 albũ naturaliter ẽ aque vicinuz ⁊ illius virtuti vicinatur ad nutriendum: vnde vrina prouocatur: nec corpus inde nutritur niſi paruiſſimum quid. Groſſum vero ⁊ rubeum vinũ nutribilius eſt ceteris: implens cito corpora obnoxia inanitioni ideſt victa ⁊ leſa per inanitionem. Quicunq3 autem quomodo cibus digeratur intelligit liquida cibaria nutribiliora ⁊ faciliora corpora perpẽdit. 12

Hic aphoriſmus ſuperiori continuatur quo dicit. Si ex egritudine cibum accipiens quis nõ conualeſcat ampliori cibo corpus vtitur. Si aũt cibuz non accipienti hoc fit: euacuatione indigere ſignificat Vult enim oſtendere quare quidã cibũ abhorrent: ac ſi diceret. Siquis cibũ accipiẽs nõ conualeſcat euacuatiõe indigere ſignificat: q3 que relinquũtur in morbis poſt criſiz ſubuerſiones facere conſueuerũt: ⁊ que relinquũtur ſm intellectũ hypo. mali conſiderantur chimi: quibus lõgo tẽpore putrefactis: neceſſe ẽ febres generari. Ois eñ humor extraneus qui nõ de naturis corporũ eẽ cõprobatur impoſſibile ẽ q ea nutriat: ſed potius in putredinẽ mutatur: q ſi in locis calidis congregetur ⁊ fortior ⁊ velocior efficitur. 13

Ois humor extraneus non de natura corpis eſſe cõprobatuſ impoſſibile eſt q ea nutriat.

Criſis ẽ velox ⁊ vehemẽs motus morbi: cũ infirmus ad mortẽ vel ad ſalutẽ deducitur. Eſt ãt cũ natura diuidat a bonis nocitura ⁊ ad expellẽduz faciat apparata: qđ cũ fiat neceſſe ẽ q infirm⁹ patiatur anguſtias: ⁊ morbus dureſcat. Nocte aũt plus apparet: cõſuetudo eñi ẽ humana vt nocte dormiat. ſi enim anguſtia ſomnũ auferat: facilius hora quietis apparẽt pericula. aliquãdo tñ apparẽt picula in die: q3 criſis debet eẽ in nocte Quod ãt poſtea dixit. Supueniẽs v̑o leuior vt in pluribus in qbuſdã libris nõ inuenit: p qđ tñ criſis itelligit q̃ ad ſalutẽ portẽdit: ⁊ bene dixit hyp. cũ poſt hũoris expulſionẽ neceſſe ſit ſubſeq getẽ ⁊ leuitatem corpis. Criſis v̑o oĩs plus attinet ſanitati q̃ morti: niſi morbus ſit peſtilentialis. 14

Diffinitio criſis.

Criſis oĩs plus attinet ſanitati q̃ morti

Diuerſitas egeſtionũ ⁊ mutatiões earũ ſignificant purgatiões diuerſorũ ⁊ multorũ hũorũ: fiduciãq3 ſanitatis: ⁊ mũdificationẽ corporũ niſi cũ trãſmutant̃ i malũ. Si. n. ſignificẽt diſſolutionẽ corporũ ⁊ diſſolutionẽ ſolidorũ mẽbrorũ ⁊ corruptionẽ ⁊ putredinẽ corporũ malũ erit ſicut hy. i pnoſticis dixit: cũ egõnẽ tetigit pinguedis: quã ſignificare dixit ſubſtãtialis humiditatq3 diſſolutione. fetentẽ quoq3 dixit egeſtionem: que corporis portendit putredinẽ. 15

In hoc aphoriſmo duo oppoſita videtur eẽ appoſita: qb⁹ oppoſitis neceſſe ẽ nos rñdere: q3 cũ vtrumq3 oppoſitorum partẽ q̃dã ſui ſubtraxit per partes poſitaſ voluit itelligi reticitas. Si ãt reticitas h poſuerim⁹: talis verborum ſuorũ erit itellect⁹. Ubi fauces egrotant: aut puſtule: ſeu vlnera certificãtur: egeſtiões ſiue alia a corporib⁹ expulſa cõſiderẽtur.

In vẽtris fluxibus mutatiões egõnuz iuuãt ſi nõ ad mala tranſmutantur.

Ubi fauces egrotãt: aut puſtule i corpore naſcũtur: cõſiderare dz egeſtiones. Si enim colere fuerit corpus egrotat: ſi vero ſanis ſimiles: certum eſt corpus nutriri.

Ubi indigentia nõ oportet laborare.

corporis in hyeme ſemper vlceroſis: quibus calidum eſt iuuatiuum. Item conuenit calidum vlneribus comedentibus ꝛ corrodentibus ſicut herpeti ꝛ ſimilibus: que ſi ſint calida ꝛ colerica: cum tamē frigida ſint contraria ſicut vulnerum mordacia: conſtat quia calida ſunt iuuatiua: cum frigiditas ea mordeat. Similit calida ano ſunt amica. frigida inimica. anꝰ n. neruoſus ē: ꝛ ideo propter colligātiam frigidum ad ventrē cito aſcendit ab ano: itidem ꝛ calidum. Similiter ꝛ pudendo: veſice: matrici calida quidem amica. frigida vero inimica. Hec enim ſunt neruoſa ad quorum ſuperiora neceſſe eſt frigitudo cito aſcendat. Et procul dubio qꝛ hy. calidum amicum ꝛ determināſ. frigidum vero aduerſum ꝛ occidens vniuerſaliter monſtrare intendit: qꝛ hec iuuatiua illa vero: inimica ſunt. 23

Intēdit hy. monſtrare in his verbis ſuis vbi frigita adiuuent. Dicit ergo iuuare illos vnde ſanguis apparatus eſt fluere vel vnde iaꝫ fluxerit. Neqꝫ oꝫ ſimiliter ſuper vulnera poni vnde ſanguis exierit: quia ſicut dixit frigida nocent vulneribus. Sed circa ea loca vnde ſanguis ad vulnera venit. Dicit item omni calido prodeſt apoſtemati: ꝛ locis comeſtiuis que incenſa fuerint propter ſuum calorem ſuccurrere intendet. Hec enim loca frigida conuenientia ſunt ꝛ quieſcentia que dum videntur rubea vel quaſi recens ſanguis rubea eſſe cernuntur vnde frigida ſuppoſita liueſcere facit vel denigrat. Iuuat item ſuppoſitum heriſpillam non vulneratā Si enim ſit vulnera frigidum eſt mordax. loca. n. qualiacunqꝫ patiantur dolorem. Dolor ipſe ſit cauſa trahendi aliunde ſibi humorum peſſimitatem. 24

Sicut frigidum cā ſpaſmi ꝛ tetani ē: raro vero curamentum ſimiliter ꝛ calidum naturaliter eſt curatiuum. raro vō nō curamētū: Uulnera vō corroſiua ꝛ que humorum ad ſe currentium ſunt ſuſceptiā: non calor adiuuat: cum maxime eis noceat: qꝛ duo inſimul ad iuuantur. i. iuuamentū vulnerū ꝛ nō iuuamētū. Generare in vulnere saniē magna certitudo ē ſanitatis. impoſſibile. n. eſt in vulnere saniē faciēte vt piculoſum vel moleſtum debeat eſſe. Uulnus āt qd̄ cā ē ſpaſmi nō facit ſaniem neqꝫ etiam putrefactiuā vel in circuitu corroſiua: ꝛ oīa maturātia saniē ſunt faciētia. Oīa h̄ vulnera certa: ꝛ ppa ſua habēt noīa ſicut cāceroſa ꝛ heruginoſa. abuſiue a quodam ea prius curāte nomē mutuātia: farſia: formicina: ꝛ ſimilia. hec ſunt ſigna ſecuritatis vulneris. Itidē intelligimus de aqua calida: que cū nō iuuet vulnera nō tñ facit ea ſanioſa: poſt h̄ hypo: noīauit iuuamentuꝫ caloris qd̄ ſepe certificauimus: in his mollitur cutis cū indurtierit: ꝛ ſubtiliatur cum incroſſeſcat. Mitigat qꝫ frigidum facit propt̄ orribilitatem noſtre nature ad ipſum. i. caloris. ipſe. n. eſt quem nos nālem dicimus: qui extrinſecus cum veniat ſm̄ temperamentuꝫ facit omnia que diximus. i. maturat maturanda: non bona in bona mutat: diſſoluit: ꝛ pergat nociua. ſi autē iſta non facit perfecte: dolorem tamen mitigat. In paſſione capitis ſimiliter grauitatem ſoluit: quia materiam morbi digerit: iuuat. n. materiam morbi ſoluēdi plurimum: iuuat oſſium fracturas maxime vero denudatas carne in capite fractas: qꝛ cum fridum maxime noceat his ꝛ non ſolum his: ſed etiam cerebro ꝛ his quecunqꝫ propter frigiditatem moriuntur membra ſicut vidimus in calcaneis: digitorum extremis: ꝛ ceteras extremitatibꝰ

Verūſqꝫ de calido ꝛ frigido diſputauit nūc autem ſicut niuem ꝛ criſtallum frigida interſerit: ꝛ quanto frigidiora: tanto nocētiora. Sunt. n. pectori inimica: vt pote tuſſim commouentia: ꝛ plurimas venas ſunt rumpentia. vnde fluxus ſanguinis ſunt cā: ꝛ catarrum a capite ad pectus et pulmonem deponentia: quia cerebrum infrigidantia. 25

Frigida ſicut diximus calida iuuant apoſtemata: et rubicunda: ꝛ ſanguinolante: repugnant enim membris ſaniem vel ſanguinem: vel humores ad ipſam miſſuris. Similiter et hoc idem debet intelligi: cum dolores mitiget propter oblatam cauſam vnde fit: quia ſuper-

Potus aq̄ frigide has limitātibꝰ ꝯditiones ꝯceditur.

qñqꝫ i hyeme pp frigiditatē moriuntur.

Calidūꝫ amicū ꝛ iuuatiuuꝫ. frigidū vero occidēs ꝛ inimicum ē.

Frigida ſūt vulneribꝰ multuꝫ nociua.

Frigida per accidēs curāt ſpaſmū calida vō p ſe.

Frigida nō dēbēt poni ſupra loca vñ ſanguis ad vulnera venit ꝛ ſupra apoſtemata ꝛ loca comeſtiua.

Impoſſibile. n. ē i vulnere ſanieꝫ faciēte piculoſū aut moleſtū aliqd ē.

Dolor ē cā attrahendi hūorē ſaliūde ad ſe.

Exceſſiue frigida ſūt pectori inimica.

Nonnulla mēbra

poſita frigida his ſtuporem facit ⁊ ſtupor cum ſenſum tollat dolorem minuit. 26

Stupor cũ ſenſum tollat dolorẽ minuit

Unde oꝫ nos intelligere hypo. intendiſſe leuiſſimam in pondere. Si enim hoc intẽdiſſet vile quoddam ⁊ longo tempore ⁊ magno labore inueſtigaſſet: quod tamen libere appoſitum leuiter apprehendi põt. Intendit ergo leuiſſima que ſtomachum nõ aggrauat: ⁊ que cito tranſit digeſta: neqꝫ ſolis hiſ que poſuit eſt tẽtanda aqua: ſed quodãmõ quoniam hac de cauſa reticuit: q: leuius erat ⁊ poſuit obſcurã cauſam. Eſt autem leuiſſima q: eſt ñ turbida. Secundo q: in ipſa non apparẽt corpora trea. tertio q: nõ horribilis eſt ſꝫ ſapida. q̃rto: q: cito caleſit ⁊ infrigidatur: que cum aſſumitur cito digerif. Et ſicut cibus digeſtus eſt bon⁹ ſic ⁊ aq̃ ſuo mõ bona videtur ex leuitatis ſue digeſtionibus. Quicunqꝫ ergo aquam ad bibendum tentaturi ſunt nõ certiora experimenta habere poſſunt. alia enim fallunt. 27

Signa p eligẽdo in quã i regimie ſanitatis puenientia.

ſine vlceratiõe podagrã ⁊ ſpaſmum ⁊ horum plurima: frigida aqua infuſa refrigerat ⁊ attenuat: ⁊ dolorem ſoluit: ſtupor enim mediocris dolorẽ minuit.

Aqua que cito calefit ⁊ cito infrigidatur leuiſſima eſt.

Quibuſcunqꝫ bibere deſiderium eſt noctu valde ſitientibus: ſi ſuper dormierint bonum.

Muliebria educit ex aromatibus calefactio. Multotiens vero ⁊ ad alia vtiliſ eſſet ſi non capitis grauedinem faceret.

Mulier i vtero habens phlebotomata aborſum facit: ſed magis, cuius maior eſt fetus.

Mulieri in vtero habenti ab aliqua acutarum egretudinum accipi mortale.

Mulieri ſanguinem vomẽti menſtruis ſuperuenietib⁹ ſolutio fit.

Mulieri menſtruis deficientibus: ſanguinem ex naribus fluere: bonũ ẽ.

Mulieri in vtero habenti ſi venter multum fluat periculum eſt abortiendi.

Mulieri qua a matrice moleſtat: aut difficulter generãti: ſternutatio ſuperueniẽſ bonum.

Experimentum autem teſtatur q: ex oĩbus aromatib⁹ dolor capitis generatur. Ratio aũt fatef: cũ pter pauca aromata alia ſunt calefactoria ex calore ſuo nimio: neceſſe ẽ capitis ſequaf grauedo maxime aũt hoc faciũt caſſialignea: coſtum: cinamomum: amomum: nux muſcbata: ⁊ ſimilia ⁊ hoc ideo q: ſunt calida. 29

Experimẽto pptũ eſt aromatica oĩa dolorẽ capitis generari.

Fetus ſi nutrimẽto careat neceſſe ẽ peat: cum ergo ſanguiſ quo nutriend⁹ eẽt phlebotomia demaf cõſeqtur vt piclitef: neqꝫ ſolũ ex phlebotomia patitur ſꝫ ẽt cũ mater abſtineat a cibo aliquãdiu: quãto ḡ maior erit tãto citi⁹ piclitabitur: vtpote cum plus comeſturus eſſet ciborum quãtitas dematur. 30

Jeiuniũ nocet pgnantibus abortire faciendo.

Quod h̃ dixit ex neceſſitate oꝫ cõſeq. Si. n. acuta egritudo cũ febre ſit neceſſe ẽ febrẽ cõtinuã ⁊ calidiſſimã fieri. hec aũt nã ẽ acuto egritudinis: ſi indꝫ cum febre ſit mortale. Mortale aũt ẽ duob⁹ modis: ex eſſentia febris: q: certũ ẽ fetum mortificari cũ cibũ neceſſe ſit attẽuari mři febrem hñti. ſi vo veli m⁹ magis fetũ ſaluari ⁊ mřem ex multa ciborum cõtinuatiõe piclitari: augmentatur inde febris ⁊ eius materia. vnde conſequitur vt peat fetus. Si eadem autem egritudo ſit ſine febre ſicuti apoplexia: epilepſia: ⁊ tetanus mortalis cum magnitudinem morbi ⁊ grauitatem fetus mater ferre non poſſit. 31

De ppetate fe. acute ẽ eẽ cõtinuam ⁊ calidiſſimã. nõ aũt econtra.

Non hypo. h̃ dicit vt nimium ſitienti potus de nocte dandus vel non dandus ſit ſed iuuabit inquit ſi bibituri ſuper dormierint: ⁊ bene: cum ſomnus materiam que cauſa ſitis fuerat faciat digerere. oꝫ tamen procul dubio vt nimium ſcientibus potus eis detur. Sitis autem fit ex vino parum mixto: aut ex potu paruo. Sanitas ergo cuſtodiatur hoc modo. Si humiditas pua ẽ: compleatur potu competenter: ne calor augm̃tatus extinguatur. ſi autem ſitis parua non eſt neceſſitas bibendi detur licentia. Sed ſi ex pua ſit humiditate: licentiam oꝫ dare. ſi multa: non indiget potu: ſi. n. dormierit quieſcit ſitis. 28

Declarat q bus noctu ſitientibus pueñt poti⁹ ⁊ quibu⁹ ñ.

Per muliebria ſanguinẽ menſtruũ. hic intendit hypo. ⁊ purgationem poſt ptum: q̃ menſtrua conſtringuntur cauſa apoſtematis in vulua: vel ex conſtrictione aliqua venarum ⁊ ex alijs ſimilibus: q̃ cãe a ſingulis fuerunt: ſingule auferendo medicabuntur: ſed ſi ſine his precedentibus: menſtrua precidantur cum calefactionibus remedientur. Cãe. n. carentie eorum vel groſſities ẽ ſanguinis: vel conſtipatio venarum ſanguinem ad vulnam mittentiũ: vel anguſtia oris ipſarum propter corrugationem matricum. Quorum vtrulibet calefactionibus cum aromatibus erit euacuandum: que ora venarum aperiunt ſi clauſa ſunt ſanguinem ſubtiliant groſſum ⁊ conſtipationem ſoluunt. Si autem grauitatẽ capitis non facerent multis alijs cauſis ſicut dixit: iuuarent: ⁊ maxime in febribus capita inde grauantur.

Cum ſanguis ad ſuperiora moueatur: poſt vo deueniat inferius: neceſſe eſt motus ſuperior ſoluatur. Oportet autem artificialiter machinari: etiã vt inferius deducatur ⁊ nature actionẽ cogi. 32

Hoc autem certum ſignum eſt q: in menſtruis ſãguinem ſtringi nocet: ſed ſi ea deficiant: ⁊ aliunde ſanguis effluat iuuat. Loca autem quibus ſanguis purgandus eſt cum multa ſint: minus tamen cum erit ex naribus periculoſius. Alia tamen ⁊ ſi periculoſa: quedam tamen plus: quedam vo minus quorum tamen ⁊ aliqua inueniantur non periculoſa: non ideo i hoc aphoriſmo falſus erit hypo. cum abſolute ⁊ indiffinite ſanguinem e naribus ponat: † conſueuit: enim vnum ponere ⁊ multa notare. vnde ⁊ ſi per emoroidas ſanguis effluat quod ipſe reticuit: non contra hoc: quin bonum portendat. 33

Prouocatio mẽſtruorũ cũ fluxu ſanguis nariũ minus piculoſa exiſtat. † Conſuetudo hy. fuit pauca exprimere ⁊ multa notare.

In hoc loco hypo. intendit idẽ quod alibi d̃ phlebotomia: aut de inanitione. ſ. ablatione cibi minuitur enim ſanguis ⁊ debilitatur mulier. cõmouetur. n. fetus: ⁊ comprimitur matrix. 34

† flux⁹ vẽtris ſanguinem minuit et corp⁹ debilitat.

Hunc aphoriſmum obſcurat moleſtatio matricis ſola. h. n. quidam omnem matricis intelligunt moleſtationem ⁊ non ſolum accñs quod ſuffocatio vocatur matricis. non enim certa ſuffocatio eſſe videf ſed potius ablatio anhelitus. Alij intendunt hypo. ſecũdine intellexiſſe paſſionem: ſecundina. n. grece cum vulua cõmiſcetur in nomine qui multum a ratione videntur deuiaſſe: ⁊ ſi videntur verum dicere: q: ſecundina cum non

de vulua cũ fetu exierit ſternutatio ſupueniẽs eã expellit. Sed error eorum palam ẽ: pmo cũ de ſecundina iaʒ alibi dixerit hypo. ſecundo quia hec grece lʒ ambigua ſint in nomine: nõ tñ loquens de vulue paſſione intelligẽdũ ẽ de ſecundina dicere ex neceſſitate. Qui vͦ oẽm paſſionẽ vulue intelligunt: ⁊ arbitrant̃ falſum: palam. n. ẽ intelligi phlegmonem: ſclirosim: heriſipilaʒ vulue vel vulnera non ſternutatione adiuuari. Ablatio. n. anhelitus pculdubio ſternutatione iuuatur cum quaſi ſua medicina eſſe videatur. in ablato. n. anhelitu cũ nã quaſi mortua congelet̃ in ſternutatione quaſi vigilãs efficitur ⁊ excitatur: q2 ipſius ſternutationis motu neceſſe eſt quodammodo ſuperfluitas habita expellatur: qd̃ planius expreſſi in libro quẽ de ſternutatione feci. vñ ⁊ ſternutatio in ſingultu valet: ex ipſo. n. cõmotionis impetu frequenter partus: vel ſecũdina que nõ de vulua exiuit cum fetu ipſa eadẽ ſternutatio expellit que iõ dĩ ſecundina: q2 a partu ſcd̃a eſt. 35

Ablatio anhelit⁹ ſternutatione iuuat̃: cũ q̃ſi ſua medicina eẽ videat̃:

Mulieri menſtrua habenti ſine colore proprio: ⁊ non ſecũdũ ſe ſemper fcã purgatiõe idigere ſignificat.

Mulieri vtero habenti ſi ſubito mamille graciles fiãt abortit.

Mulieri in vtero habenti: ſi altera mãmilla gracilis fiat geminos habenti alterum abortiet. Et ſiquidem dextra gracilis fiat: maſculum. ſi vero ſiniſtra feminam.

Si mulier que neq3 pregnans: neq3 generauit: lac habet: huius menſtrua defecerunt.

Mulieribus quibus ad mãmillas ſanguis conuertitur maniam ſignificat.

Hunc aphoriſmũ inuenimus in multis libris ſic mẽſtrua ſi ſint diuerſa: ⁊ ñ ſʒ tp̃s veniẽtia: purgatione indigere ſignificant. Item hec diuerſitas põt intelligi: quaſi que nõ in ſuo tpe venirẽt: tunc etenĩʒ mundificandum eſt corpus illa materia: que prohibʒ exire menſtrua: ſed non tñ ad ſolã intelligendũ ẽ pharmatiã verum etiam ad ordinandũ dietam: qd̃ ego monſtraui ĩ libro primo de menſtruis cũ dieta ppa: aromatica: neceſſaria ſunt etiã naſſales plurime ⁊ diuerſe etiam medicine groſſoꝝ humorũ ſubtilitatiue: vtpote calamẽtũ quo aſſueuimus vti ĩ mẽſtruis puocãdis: Ad hoc. n. intendimus vt opilationẽ venaꝝ ad vuluã deſcẽdẽtũ aperiamus: ⁊ groſſitiẽ ſanguis ſubtiliem⁹: de groſſis corpus mũdificãtes humorib⁹. Si aũt in libris iuenitur ſine colorẽ diuerſa: certũ ſit ꝙ optimũ ẽ corp⁹ mũdificari: mẽſtruorũ. n. colores non ſolum ex phlegmaticis humoribus: ſʒ ex melancholicis: ⁊ colericis mutantur. Hypo. auteʒ mõſtrauit in libro de colere mulierũ: qũo intelligamus quales ſint humores corpori dominãtes hic aũt pcepit cũ pharmacia ⁊ vomitu mundificari: qd̃ vͦ non ſm ſe fcã dixit huic expoſitioni nr̃e conuenit: ac ſi dixerit. Menſtrua in colore ſi ſint diuerſa ⁊ nõ ſm ſe ſp facta purgatione indigere ſignificat: q2 cum corporibus mulierũ mali humores dominẽt̃ non ſolum mutationes colorũ ĩ menſtris ſʒ ẽt interpollati tpis corruptiões patiũt̃. Si. n. hũores pluſq3 oporteat ſint groſſiores in curſu ſuo reddũtur duriores ⁊ tardiores contraria enim contrarie. 36

Secũdina iõ dita ẽ q̃re a partu ſcd̃a ẽ.

Calamẽtũ in mẽſtruis puocandiſ fuit a gal. multũ vſitatũ.

Ex malorũ humoꝝ abundãtia nõ ſolũ calorũ mutationes in menſtruis ſʒ ẽt interpollati tẽporis corruptiões patiuntur.

Uerũ ĩ hoc aphoriſmo portẽdit ꝙ fetus ĩ corpore mr̃is patiat̃ ex ciborũ minorationib⁹. Uulue. n. ⁊ mãmillarũ q̃dã vene ſunt cõmixte: in qb⁹ ſi ſãguis minoret̃: neceſſe ẽ mãmille gratilẽt̃. vnde fetus aut morit̃: aut ad excũdũ cõpellit̃: ſic hy. ĩ pmo libro teſtatus eſt de fetus nã. Cũ cibus igt q cã fetus ẽ augmentandi: quẽ puer de vulua accipit nõ tãtus ẽ q ſibi ſufficere poſſit nouẽ mẽſibus exactis. dulciorẽ. n. ⁊ ſaporoſiorẽ atq3 ſubtiliorẽ puer ſp ſugit ſanguinẽ cũ inquit iaʒ magno facto: cibus nõ tãtus ſit q ſufficere poſſit recalcitrãte eo ⁊ nimiʒ mouente rũpũt̃ pellicule: qb⁹ ligat⁹ tenebat̃. Idẽ intelligit̃ facere. cũ nõ iuẽto cibo ante tp̃s cogitur abortire. 37

Quod de ambab⁹ dixit mãmillis. idẽtidẽ de altera dʒ itelligi: cũ. n. ſanguis de venis mãmille alteri⁹ minoretur. Si gemini inquit hẽant̃: neceſſe ẽ vt. n. nutrimẽtũ p venas illius mãmille ſubpeditabatur abortiet fetus. Quod vͦ dixit in dextra maſculuʒ abortiendum: ĩ ſiniſtra vͦ feminam: ĩ alio aphoriſmo auctorizabat maſculos eẽ. in dextris. femiaſ vͦ ĩ ſiniſtris: dextra nãq3 pars calidior: q2 ẽ epar quod calidum ⁊ humidum in ea. ſiniſtra vero frigidior: q2 ſplen eſt in ea. 38

Quo graciles fiãt mãmille vnde ſequitur aborſus.

Maſculi ſtãt ĩ pte dextra femine vero ĩ ſiniſtra.

Pars dextra calidior ẽ ſiniſtra.

Tene in ueſtigãti ⁊ pſpicãti hic aphoriſmus multa diſputatiõe indigebit quicunq3 ergo bene intelligere voluerit neceſſe ẽ libros meos de virtutibus naturalib⁹ prius legat hic. n. breuiter dicendũ qd̃ huic loco erit neceſſarium. Oẽ. n. mẽbrũ generãs humiditatẽ hʒ eam pp neceſſitatem aliorum membrorũ ab eo generãdorũ vel nutriendorũ. h autem humiditas ſibi eſt quaſi ſuperflua quod quare pl⁹ q̃3 aliquod aliud membrum hẽat ſoli deo ſeruãda eſt rõ: ſed tamen quicqu id membrum iſtud facit: virtutibus cõplet naturalibus multis ⁊ diuerſis quarum vna conuerſiua dicitur vel cõmutatiua: q̃ cibum in naturam conuertit accipientis: qualẽcũq3 autẽ cibum in ſimilitudinem ſuſcipientis perfecte mutuauerit: cibum eundem augmentandi: ⁊ nutriendi membrum illud cãm facit. Hoc autem eſt quod hy. alibi dixit. Cibus inqͥt nutritiuus certus eſt: q vͦ quaſi cibus eſt. i. cuius remanens ſuperfluitas chimus dicitur ⁊ nature membri a q̃ retinetur aſſimilatur: Si igitur in oſſibus ſit: in cõcauitate eorum erit medulla ſi in epate ſanguis. Pulmo ſimiliter quandam ſibi trahit humiditatem ſpumoſam: in ſuam reponens concauitatem. Item ſi oĩs cõcatenatio ſibi humores ſeruat viſcoſos ſimiliter ⁊ inguina ⁊ vtraq3 vaſa ab inguinibus exeuntia: que ſpmatis vocantur intra In lingua quoq3 humiditas habetur que vocatur ſaliua ideoq3 mãmille carnes habent molles: quaſi glãduloſas: que cibum ſibi venientem in ſuas mutãt naturas. Cum ergo caro mollis ſit ⁊ alba: non ſanguinolenta: humoroſitas ſibi veniens efficitur q̃ſi lac: ⁊ quanto magis effluit illuc tanto magis augmentatur: ſicut octauo ⁊ nono menſe in pregnantibus vʒ: q2 tunc vene mãmillarum ⁊ vulue mediaſtine ſunt plene: quod ſine cõceptione poſſibile eſt contingere: cum menſtrua probantur defeciſſe ⁊ hoc hypo. intendit in hoc aphoriſmo. 39

Soli deo rddẽda ẽ cã q̃re oẽ mẽbꝝ generãſ pret̃ hũidi tatem ſibi ppaʒ aliaʒ hẽat ſibi q̃ſi ſupfluã.

Caro mãmillarum mollis q̃ſi glandoſa ñ ſanguineʒ ad ipas veniẽteʒ ĩ lac cõuertit.

Primus in diſputatione precedẽtis aphoriſmi q̃mõ ſanguis ad mammillas veniens in lac mutandus ſit. hypo. aũt hoc ſatetur: q2 ſi cum veniat non mutetur mania ſignificatur: quod tamen nunq3 vidi tempore meo. ⁊ ſi contigerit quandoq3 raro credo euenire: q̃uis hoc eque confirmat hypo. ac ſi vidiſſet quod ſi verum ſit ſecundum ꝙ dicit: dʒ ſic intelligi: q2 caro humida in mãmillis cum non ſanguinolenta fuit neceſſe eſt frigida ſit vnde ⁊ ſanguis cum ad eas veniat mutatur in lac. Sicut vͦ hec caro. ſ. caro mãmillarum frigidior eſt carne epatis: ſic ⁊ lac frigidi⁹ ſanguine. Cum ergo aliquando ſanguis calidiſſim⁹ ⁊ feruentiſſimus toto corpore affluxerit: neceſſe eſt humum in capite aſcendere: ⁊ maniam generare.

Nõ verificationẽ iſtius accidẽtis ꝙ gal. nunq3 vidit.

Sic caro mãmillaꝝ frigidior ẽ carne epatꝭ ſic ⁊ lac frigidi⁹ ſanguine.

Mulieri vo hui⁹ nimietate caloris: cū ad māmillas ſanguis veniat: nō pōt ī lac mutari pre nimietate ſui ⁊ magnitudine caloris. vnde neceſſe ē ī capite aſcendat: ⁊ maniam gignat. 40

t Orſio ē aūt ō humoribus pūgitiuis: aut ex ventoſitatibus groſſis ⁊ inflatiuis: nō cito exeuntibus: vt poṫ via qua exeāt carētib⁹: ꝙ mulierē pati hy. intēdit ꝙ pp̄ p̄ſſurā ē vulue circa loca illa p̄ q̄ ventus exire debeat. Mel aūt vnde fiat mellicratū neceſſe ē eſſe crudū. ad hoc enī nos intendim⁹ vt inflatio ⁊ ventoſitas generet. Qū dormitura ē ingt pp̄ qetem ⁊ cibor̄ū plenitudinē. hec. n. duo cāe ſunt vētoſitatis generande. 41

Quies et plenitudo cē ſunt vētoſitat̄ generande.

c Olorată ⁊ nō coloratā eē dixit: q₂ in cōceptu femine femina nō ē boni coloris. Que duo iō fiūt: q₂ femine frigidiores ſunt maſculis. maſculi vō cū fortitudinē ⁊ velocitatem ī motu hēant raro tū h̄ accidit.

m Ulierē ſi vis ſcire ſi cōcepit: melicratum quando dormitura eſt da cibibere: ⁊ ſiquidem torſiones habuerit circa ventrem concepit. ſi vero non: minime.

m Ulier ſiquidem maſculum concepit: bene olorata eſt. ſi vero feminā discolorata.

ſ I mulieri p̄gnanti heriſipila fit in matrice: mortale.

q Ue preter naturā tenues exiſtentes concipiunt abortiunt anteq̄ groſſeſcant.

q Uecunq₃ corpora moderate habentes abortiunt ſecundo menſe aut tertio ſine omni occaſione manifeſta: his cottilidones mucilaginibus pleni ſūt ⁊ non poſſunt pre grauedine tenere fetū: ſ₃ abrūpuntur.

Fortitudo ⁊ velocitas mot̄ n̄ ſt cēta ſigna ſexus maſculini: cū femina ſit qn̄q₃ fortior maſculo ⁊ velocior.

maſculi cōcepti alia hn̄t ſigna: fortitudinē. ſ. ⁊ velocitatē mot⁹ q̄ ēt raro videnṫ: q₂ femina cōcepta aliqn̄ fortior ⁊ velocior maſculo ē ī motu. n̄ g̊ h̄ ſigna p̄ certis ſunt hn̄da. 42

o Portet inueſtigari an ſola heriſipila ī vulua ſit mortalis: vtrū ne flegmones ſimiliter: ſed heripila in vulua neceſſe ē puerū ſola febre: occidat: phegmones nō ita que hereſipila cum fiat ex colera rubea: ⁊ calida materia febrem generat: ⁊ ideo mortale. 43

q Uidā interpretes hūc aphoriſmū: exponūt triplicit̄. Quidā. n. ex neceſſitate ītelligūt abortire: cū p̄ter naturā ſunt macre: q̄ macredine nutrimētū queris ſolet deficere. Alij ſi non craſſe fuerint: ⁊ in macie p̄maſerint. Alij cū preter naturā tenues creſcere īcipiūt p̄pendūt q₂ abortiūt Loſimenus intelligit in vltimitate tenuitat̄ h̄ eē: quibus multa refectio ſit neceſſaria vt ad naturā redeant earū corpa: vnde fit vt eis creſcētib⁹ fame fet⁹ abortiat. h̄ aūt intendit. hypo. 44

Fetus q̄nq₃ pueris creſcentib⁹ fame abortitur.

q Uod ſine cā dixit manifeſta: ſine febre acuta intendit ſiue diaria: ſiue vulnere: heriſipila: ſanguinis fluxu: ſaltu percuſſionē morſura nimia abſtinētia timore: ⁊ ſimilibus ſine quibus precedētibus ſi abortiat moderata hn̄tes corpa ex neceſſitate: ora venar̄ vulueq̄ abortiendi erūt cāe: quib⁹ cū ſecūdina nutrimētum accipiat: ſi matrix mucilaginib⁹ fit plena abortiūt: q₂ nutrimētū ſecundine nō daṫ. Uenarū hec. n. ora cottilidones appellat: nō ſicut q̄dā putāt carnes tenues ori harū venarū inaſcētes. Hy. āt in libro de mulierū paſſionibus. Si cottilidones igt̄ ī ore vulue plene ſunt phlegmate: mēſtrua ſūt pauca ex neceſſitate. Pytagoras vō in p̄ma p̄te de rebus naturalibus cottilidones appellat ora venarū: ⁊ arteriar̄ ſanguinē ad vuluā mittētiū. 45

Uenarum ora cottilidones eſſe dicuntur.

q Uecunq₃ exiſtētes preter naturā craſſe non concipiunt: his pinguedo os matricis obturat: ⁊ priuſ q̄ extenuentur non concipiunt.

ſ I matrix ī vertebro poſita fecerit ſaniē neceſſe eſt commotum fieri.

f Etus maris qui dē in dextris. femine vero in ſiniſtris magis.

a D matricis precipitationes obtarmi cū appone apprehēdēs os ⁊ nares.

m Ulieri ī vtero habenti tenaſmon innatus abortire facit.

m Ulieris mēſtrua ſi velis retinere ſi etiam maiorē ad mām̄illas appone.

q Uecunq₃ in vtero habēt: hiſ ꝯcludiṫ os matricis.

p Reter nāq₃ hy. intelligunt dixiſſe ī craſſitiei vltimitate. Alij ſi extra temperamentū ſint craſſe: ſ₃ p̄ores ſunt veriores: q₂ pinguedo zirbum vocata. non vulue p̄mit ora ⁊ opilat: niſi cū craſſities in vltimitate ſtat ꝙ os matricis dixit iterius os vulue qd̄ in interiori eſt extremitate colli: ⁊ in initio vulue intendit: hoc enim certum os vulue dicitur non illud quod in exteriori extremitate eſt colli: q₂ nature iūgiṫ feminee. iſtud. n. nō os matricū: ſed vocaṫ os colli matricis. 46

Nō dīam inter os colli matricis ⁊ os vulue

q Uod cōmotū dixit curationē eē intellexit ⁊ bene: q₂ ſi ſaniē matrix fecerit: ⁊ marie ī p̄te exteriori: neceſſe ē cū licinio curari: ⁊ ſimilib⁹ alijs. h̄ hy. ītēdit. 47

i N libro de ſp̄mate oñdi: q₂ fetus maſculis nō ſit niſi cū in initio cōplexio ſua calidiſſima fuerit: quā ēt adiuuat ſi locus vbi cauſaṫ ſit calidus: dextrū aūt matricis locū cōſtat eē calidiorē: cum epati vicinetur. Itē adiuuaṫ calida cōplexio fetus ſp̄mate ō teſticulis mulieris exeūte: q ſunt poſiti in matricis angulis. qd̄ n. de dextro ī dextrū latus currit calidus fit: ⁊ de ſiniſtro ī ſiniſtrū frigidi⁹ ē ⁊ aquoſū. vnde ⁊ fetus ſiniſtri lateris in vtero: neceſſe ē frigidior ſit. vnde ego latius diſputaui in q̄nta p̄ticula mea: ſup hypo. anothomia. 48

Fetus maſculus nō ſit niſi cum cāe māliſ ⁊ efficiētiſ cōplexio calidiſſima fuerit.

b Ene dixit: q₂ ſi ſecūdine p̄cipitatio cōtingit flatu clauſo: ⁊ motu nimio p̄ſertim obtarmico appoſito neceſſe eſt ſecundinā egredi. 49

t Enaſmon fit ex humoribus pūgitiuis groſſū pūgētib⁹ ītestinū: qd̄ vocaṫ colon: q̄ infirmū cogūt exprimere ſi forte eos pūgētes poſſit emittere: vñ ⁊ h̄ exp̄ſſo ſi mulier grauide euenit: ſicut hypo. dixit: cā eſt abortiēdi: nimius. n. expreſſus nimiū facit motū: vñ abortire neceſſe ē fetum: q₂ rumpitur ligamentum. 50

Quomodo cātur tenaſmon.

ſ Icut hypo. auctorizauit: qūo mēſtrua minorata ⁊ non exeūtia debeam⁹ medicari: ſic h̄ monſtrauit qūo ſunt reſtringenda: ⁊ ventoſas maiores iubet apponere ad mām̄illas: neq₃ taiſi apponēde ſūt niſi ſubtus eas ſup venas q̄ de vulua aſcēdūt ad ipſas quas maiores eē vt maius ⁊ fortius poſſit exprimi. 51

m Agnū ſignū ⁊ certū ad ītelligēdū ſi femine cōceperint: ſi forte obſtetrix manū īponat vulue: ⁊ tāgere

potuerit. Sperma.n.cū vuluā inciderit: ⁊ mulier conceperit tāgit̄ matricis cōcauitas lateraliter: ⁊ ita matricū os neceſſe eſt conſtringi. 52

In pmo mēſe lac fluit ſm naturā: ſed ſi ſepe ⁊ pluſ q̄ȝ oportuerit exierit multa q̄ȝtitaſ vene vulue: ⁊ māmillarū medie plene eſſe ſignificant̄. Plenitudo ex abūdātia ē materie facta ⁊ ex fetus non recipiēti ſ ōbilitate. Oȝ ergo ſp̄ cōſiderari ſi māmille macilēte ſint ſicut añ cōceptū fuerint: inde n. puitas ſignificat̄ ſanguinis: qḋ cū fuerit: cā ē fet⁹ fortis pituri: neq̄ȝ oȝ multū ꝑleniaſ eē vt inde lac effluat. Neceſſe ē ergo duras eē mediocriter inter duriſſimas ⁊ macriſſimas tē n. cibus fetus nō minorat̄: neq̄ȝ debilis eē ſignificatur. 53

Macilentia māmilleante partū puitateȝ ſanguinis ſignificat ⁊ fetūſ forte ꝑ ituꝝ.

Mulieri in vtero habēti: lac ex māmillis multuȝ fluens fetum ſignificat debileȝ. Si vero vbera dura fuerint ſanū ſignū fetū.

Quicunq̄ȝ corrupt̄ ſūt. fetus hiſ vbera gracilia fiunt. Si vero rurſuſ dura ſiūt. Et ſi dolor eſt i vberibus aut i vertebris aut in genibus aut in oculis non corrumpuntur.

Quibuſcunq̄ȝ os matricum duruȝ eſt his neceſſe eſt os matricū cōcludi.

Hypocras autē dixit: mulieri i vtero hn̄ti ſi altera māmillarū gracilis fiat: geminos hn̄ti alterū ābortit̄: ⁊ ſi dextera maſculū: ⁊ ſi ſiniſtra feminā. Hy. autē nō a ſignificationib⁹ icipit ſȝ a mulier̄ abortiēda: dicēs his vbera gracilia fieri neq̄ȝ tam̄ innuit macilētiā māmillaꝝ ſemp abortiū ſeq neq̄ȝ ſolū h̄ ſignuȝ abortiōis. Oȝ ḡ ineſtigari q̄d ſemp appareat i grauidis. vnde ex macilētia nō ſolū neceſſe ſit arbortiri: ſȝ ſepe ex ſolo cāu arbortit̄: ſiue ſolo ſaltu vel ex clamor̄ forti: vel ex magnitudine odij vel ſono magno: ⁊ ſubito ſicut tonitruo. Pōt ēt eſſe ex febrib⁹: vl̄ heriſipila vulue vl̄ ex abūdātia in fundo matricis mucilaginis ⁊ ſimilibus. vnde cōſtat fieri aborſum ſine macilentia māmillarū. Sed tamē hy. intēdit ſine macilātia māmillaꝝ nō poſſe fieri. vñ multotiēs ꝑſcrutatus ſum: ſi ſuū poſſem cape intellectū: ⁊ cōpi: q̄: ſi ex p̄dictis arbortit̄: nō tamē ſine māmillarū fit macilentia: quia ſicut macillentia māmillarum fit ex puitate ſanguinis in venis māmillarū: ⁊ matricum medijs: que cā ſunt auferēdi fetib⁹ cibū vñ peunt. Si aūt ex iſtis predict̄ fiat macilentia: intelligitur occaſio fuiſſe naturam magno impetu vulue apuiſſe: ⁊ ita ſanguinē in generatiua membra ad abortiendum diuiſſe. Nā.n.cū magno conamie nocitiua expellit: ſanguinē ⁊ ſpiritū: quib⁹ mouet ſicut inſtrumētis vtit̄ in expellendis nocētib⁹. vnde ⁊ apoſtemata fiunt in mēbris patiētibus huius fortunū. feſtinans n. natura vt loca dolētia defendat trāſducit illuc ſanguinē ⁊ ſpiritum ad hoc expellendū h̄ ſufficiat in prima huius aphoriſmi pticula. Scḋa q̄ p̄me introducit ꝯ̄ria: vbi dixit Si rurſus fiunt dura. in q̄buſlibet locis dicit dolere ⁊ nō abortiri: taliter itelligitur. Si māmille ſint macre arbortire eſt neceſſe. impoſſibile eſt aūt arbortire ſine earum macritate. Si aūt māmille ſint dire nō ſignāt abortire ſȝ potius in quibuſdam locis ſequitur dolor. Sicut ergo maties ſignat paucitatem ſanguinis: ſic ⁊ duricies multitudinem portendit. Non autēȝ huiuſmodi duricies eadē ē cū ſuperiori: q̄ fetū ſignificat ſanū: illa.n. moderata fuit. Hec in vltimitate eſt imoderationis: ad quam cū deuenit natura in aliqua mēbra expellit: vnde dolor fit fetus tamen pmanet impoſſibis. Eſt aūt hic locus inueſtigatione dignus cur natura nō ad vuluā mittat: ⁊ apoſtemata faciat: ⁊ ſi apoſtema venit cur fetuſ illeſus pmanſerit. Sed cum abſolus nō ſemp hāc duritiē ſequat̄. molicem vero ſemp cōmittitur: nō ad raro ⁊ fortuitu cōtingentia intendit: ſed potius ad ſempiterna: ⁊ nō fallētia: ac ſi dixerit. ſi mulier abortiat mollities māmillarū ē prenotanda. Durities vero ſiue plenitudo in plurib⁹ ad aliqua mēbra nō ad vuluā repellūtur. vñ dolor quē hypo. dicit ſubſeq̄tur. Que ſi ad matricē deueniūt ptul dubio māmille macreſcūt. Si ḡ ex puitate cibi abortitur macilētia comitat̄ Si ex aquoſitate ſanguinis ad vuluā deſuētis ⁊ fractura veteris ligamēti h̄ q̄q̄ȝ nō ſine pua malicentia fit. Que ingt vbera gracillia habēt his inopia nutrimēti corrūpet̄ fet⁹: nam ſi ſanguis adeſſet: māmille nō oio defecte eſſent Si vō iteꝝ dur̄ fuerit ſanguinē abūdare ſignificat: tam̄ corrumpet̄ fet⁹ qm̄ abūdāter reficit̄. in vertebris autē ⁊ genibus ex ipſius pondere fiūt dolores: in vberibus vero ex lactis plenitudine. Nerui.n. oculorū contrahuntur: inde oculi dolent pp̄ cōitatem ſui ad māmillas. 54

Nō hic nl̄ta q̄ cā poſſūt eē aborſus.

Feſtināſ.n. nā vt loca dolētia defendat trāſducit illuc ſanguinem ⁊ ſpiritum ad h̄ expellendū.

Impoſſibile eſt abortir̄ ſine māmillaꝝ macritate.

Hypo. nō intēdit ad raro ⁊ fortuitu cōtingētia ſȝ ad ſempiterna ⁊ ñ fallētia

Sicu macies paucitatē ſanguinis ſignificat ſic ⁊ duricias mlt̄itudinē portendit.

Quecunq̄ȝ in vtero habentes a febribus accipiuntur: ⁊ fortiter calefaciunt ſine occaſione manifeſta generāt periculoſe ⁊ difficulter: aut abortiūt periclitātes.

In fluxu mulieri ſpaſmus ⁊ animi defectio ſi ſuꝑuenlat: malum.

Menſtruis pluribus eueniētibus accidunt egritudines: ⁊ non veniētibus matrice accidunt egritudines.

Dictū in anteriorib⁹ ptib⁹ q̄: cōcluſo ore matricis: apoſtema vel grauitas. i. ē ipregnatio ſignificat̄: q̄ tam̄ differūt ſi. n. matrix duriſſima fit ⁊ clauſa durū apoſtema ⁊ calidū ē in ea. Si. n. ſit grauida nālit̄ tactu erit molliſſima. bene āt ordinaſſet ſi ſupiori aphoriſmo ſbinſerret mulieri p̄gnāti os vulue clauſum ē: ⁊ i vtō hȝ. 55

Dr̄a inter clauſioneȝ oris matricis factā ab apate: aut ab impregnatione.

Quibuſdam pregnātibus aliquādo corrupti hūores in cōceptiōe colliguntur vnde febris fortiſſima fit: ⁊ ſine dubio cā ē abortiendi. aliquādo tamen febris molleſcit ſm naturam humoris: q̄ q̄ȝuis molleſcit non tamen euadūt ſm q̄ oportuerit cū materia remaneat febris quā medici neq̄ȝ medicinare: neq̄ȝ dietare poſſunt bene: q̄: ſunt grauide: ⁊ ideo febris ſemp redit fatigās eos tempore totius grauiditatis: ideoq̄ȝ fetus nō pferēs paſſiones matricis pit: aut ſi ſuſtineat tamen ifirm⁹ pmāebit dū ꝯ̄ma materna eū ſuſtentabit ⁊ mater ita debilis fuerit. Que ideo difficulter ⁊ periculoſe generat q̄: cum in ptu vtriuſq̄ȝ corpora debeant eſſe fortia ſunt tamen debilia. 56

Cā q̄re pregnātē non pñt a fe. liberari.

Non tamen in omni fluxu mulieris ſpaſmus ſequitur: ſed in ſolo fortiori ⁊ longiori fluxu. Defectio vero animi omni inanitione eſt naturalis: que fit nutrimento cordis deficiente ſȝ ſpaſmus lȝ nō in oī tamē multe inanitioni marie ſi nerioſa mēbra patiantur 57

Defectō animi oī inanitiōe ē nālis q̄ cordis nutrimēto deficiēte fit

Quidam arbitrantur medici ex abundātia tantum humoris morbos gigni: ſed hy. non tantum ex abundantia: ſed etiam ex paruitate ſua neq̄ȝ ſolum in mulieribus: ſed etiāȝ in maribus. Ex paruitate. n. ſui aliquando corpuſ deſiccatur: aliquando refrigerat̄. aliquādo vtrūq̄ȝ conſequitur. Iteꝝ omnis mala complerio vltimata omni bone actioni nociua: naſcitur de morbor̄ generibus. Nihil ergo in hy. dict̄ vanū: ⁊ nihil de

cultum. Cum autem menſtruis plurimis veniē-
tibus egritudines euenire dixerit neqꝫ a matrice iñ
ꝑerit: neqꝫ tñ veniētibus a matrice venire egritu-
dines ſubintulit: ſi vtriqꝫ mēbꝛo: vl' ſoli ſcōo a ma
trice oꝫ iungi neceſſe ē ꝑegri: qȯ nullatenus adipi
ſci poſſum⁹ niſi vñ ꝑua vl' magna ſint mēſtrua ſci
uerim⁹.

**In ano aphlegmones patienti ꝛ matrice phlegmonem habente ſtranguria ſuperuenit. In epate vero phlegmones patienti ſingultus ſeperuenit. Et in renibus habentibus ſaniem ſtranguria accidit.**

**Mulier ſi non conceperit: velis autem ſcire ſi concipiet contegens veſtimētis ſuffumigra deoꝛſum ꝛ ſiqdē tranſire videatur odoꝛ ꝑ coꝛpuſ ad os ꝛ nares: cognoſce qm̄ ea non ꝓp ſe non generat.**

**Mulieri in vtero habēti ſi purgationes exeūt: ipoſſibile ē fetū ſanum eſſe.**

Cās abundātie menſtruoꝝ nō.

Aliqñ ꝙ mēſtruoꝛum abūdātia pluri
moꝝ ex larga ē
aptiōe oꝛis ve
naruꝫ ad vuluā
veniētiū: aliqñ
qꝛ ſanguis ē ca
lidioꝛ vel ſubti
lioꝛ: aliqñ qꝛ to
tum coꝛp⁹ i ma-
las qualitates
mutatur ꝙ a ſan
guine generant
vl' ſi ſanguis ñ
ſit mutat⁹ a tē
ꝑamēto ſuo nā
li: qꝛ coꝛp⁹ inde
grauatū: ad ve-
nas oꝛis vulue
ꝓpellitur: ſicut
videt' moꝛbi gi
gni: cū ad q̄libꝫ
mēbꝛa deducā
tur hūoꝛes ma
li. Ne ſunt cāe
mēſtruoꝝ abū-
dātie. Paruita
tis autem his
ſunt contrarie

Cāe ꝑuitaꝰ mēſtruoꝛū ſūt ꝯoꝛib⁹ ꝯrie.

vel enim ex concluſione: vel venarū cōſtipatione
ꝑ quas mēſtrua veniūt ad vuluas: vel ex groſſi-
tie ſanguinis: ꝛ frigiditate ſui: vel ex venarū foꝛti-
tudine ſanguinē nō recipiēte: Quodlibet aūt hoꝝ
cū ſit poſt lōgū tꝑs neceſſe ē moꝛbos generare heri
ſipilas: phlegmones: ſcliroſim. cācrū. Bñ ḡ dixit
hy. Nō veniētib⁹ a matrice accidūt egritudēis. 58

Quid ſit ſtrāguria nō.

**S**Trāguria ē ꝑua ꝛ ſepiſſima mictura ꝙ ali-
qñ ſit ex defectiōe ꝟtutis cōtētiue in veſica
aliquādo ex acuta vꝛina. Cōtētiua deficit
cā male cōplexiōis vel apoſtematis. Acuit' vꝛina
ex paſſiōe renū ex colamēto ſanguinis: ꝛ alioꝝ hūo
rum ad renes deſcendentium: ꝛ vꝛinam acuenti-
um. Et bene dixit ſtranguriam fieri ex phlegmo-
ne ani patientis ſiue matricis. his enim veſica
colligatur: vnde ꝛ patientibus colligabitur. Cuꝫ
ergo in renibus materia adunetur putrida ꝑ veſi
cas neceſſe eſt effluat: ad quā ꝑueniens ꝛ eam ſtatiꝫ
ꝑūgit: cogit: ꝛ cōmonet vt expellat. Si āt apoſte-
ma in ano fuerit: neceſſe eſt inde pati veſicā: qꝛ pꝛe
mit eā atqꝫ ſtringit. cū ſ ergo anus ꝛ veſica ſint vici
na: inde neceſſe pati. Ego aūt dixi alibi ꝙ cuꝫ hy.
paſſionē ꝑſentē: ſiue futurā aliūde venir' dic: nō ab
ſolute ponit: ſꝫ in vltimitate magnitudinis eā in
tēdit. hoc quoqꝫ mō intelligit cū per phlegmonem
i epate ſingultū aſſeruit venire. cū. n. nerui epatis
ꝛ ſtomachi ſint colligati: neceſſe ē alteꝝ alteri cōpa
ti pꝛeſertim cū apoſtema magnū ſit. 59

Quecunqꝫ egritudīes ex qb⁹ alie generanur ſꝑ i vltimi tate magni tudinis ab hy. ponūt'

Suffumigatō optia ad cognoſcēdū an mulier ſit apta generare.

**P**Er h̄ ꝙ dic̄ ſuffumiga: ſuffumigatio huic lo
co ē optima itelligēda: thuris: myrrhe: ſto
racis ſuffumigatio: ē ſimiliū nā calidoꝛū
ꝛ odoꝛiſeꝝ: ꝗꝛ fum⁹ cū per totū coꝛpus aſcēdat ꝙ-
uſqꝫ ad os ꝛ nares perueniat a qb⁹ cū odoꝛ nō ſen
tit' perfecte matrix opilat': qȯ cū ſit: neceſſe ē nō cō
cipi. ꝙ nō per ſe generare dic̄: tm̄ pōderoſuꝫ iuua

mētuꝫ inuit. Multi. n. hoīes volunt certificari vtrum
filios vel filias debeāt hr̄e i quo maxie nobiliſſimi labo-
rar' ſolēt cum āt femine nō cōcipiunt ſeꝑant': vt cum ſolos
filios vel ſolas filias habēt ſupſtites p⁹ ſe relinquāt q hr̄
ditates ſuas poſſideāt plato i libro ad Titū: generādi teti
git artificiū: cuius pauca ꝓlibaturus ſum dcā: ſꝫ ꝑus expo
nēdi ſūt oēs aphoꝛiſmi
ō matrice tractaturi. 90

**Si mulieri purgationes non exeunt: neqꝫ febꝛe neqꝫ rigoꝛe ſuperueniente anxiates abominationes: defectiones animi ci acciderint: reputa hāc in vtero habere.**

**Quecunqꝫ frigidas ꝛ denſas matrices habent nō concipient. Et quecunqꝫ humidas habent matrices: non concipient: extinguitur enim in eis ſemē. Et quecunqꝫ ſiccas ꝛ magis ardentes non cōcipiunt: indigentia enim nutrimēti coꝛrūpit' ſemē ꝛ ꝙcūqꝫ ex vtriuſqꝫ tēpiem habēt moderate huiuſmodi fiūt generātes.**

anxietates: abominatio/

**I**N purgatione
hac itēdit mē
ſtrua in tꝑe ſic
antea veniētia: neqꝫ ꝓ
rē q̄ꝫtitatē minoꝛantia
vnde ſignificat' defectio
fetus. Si. n. rara ꝛ ꝑua
veniūt: ꝛ ſemel vel bis
nō eſt neceſſe fetū infir
mari: ſꝫ ſi tꝑs oꝛdineꝫ
ꝛ q̄ꝫtitatē ſeruauerit: fe
tus ſan⁹ non erit. Ego
aūt arbitroꝛ mēſtrua
a pꝛegnātibus effluen
tia ꝑ venas illas tantū
egredi: ꝙ in collo ſt ma
tricis: cū ſecūdia oꝛtibuſ
venarū interioꝛis cōca
uitatis vulue ſit ſuſpē
ſa. vnde conſequit' vt
ab illis venis nil men
ſtruoꝛū egrediat'. Cū ḡ
aliūde exeant: neqꝫ ad
nutriēdū fetū ꝑ venas
ſupꝛadicti cōcaui veni
ant neceſſe eſt fetū infir
mari vtpote cui alimē
ta deſunt.

Nō hic ex quibus venis menſtrua a pꝛegnantibuſ effluētia hēant egredi.

**I**Stud ō illis tm̄ ē itelligēdū: quarū mēſtrua ex oꝛ
die ꝛ nulla re ipediēte veniūt ſi ſubito ꝛ ſine vlla
manifeſta occaſiōe ſe ſtringūt: qȯ ex alia ſignificatō
ne auctoꝛizauit debere ꝓcēdere. i. abīminatiōe: anguſtia de
fectiōe: mēſtruoꝛū ceſſatiōe ex qb⁹ itelligit' mulierē conce-
piſſe ſicut ex appetitus peſſimitate: qꝛ in cōceptu os ſto-
machi nocetur ꝙ tamē oīa poſſunt euenir' ſine cōceptu ſ̄ſe
quēte: cū hūoꝛes mali dominētur ſtomacho vel alij mem
bꝛo: vnde ꝓſpicere medicū bene opoꝛtet. 92

Nō ꝙ i cōceptu oſ ſtomachi ml'tū nocetur.

**S**I hypocraticos audere trāſmutare aphoꝛiſmos ꝛ
oportunioꝛi tradere loco: nil plus facerē q̄ꝫ vnuꝫ
ex his duob⁹ antepoſitū trāſducerē ꝛ i hoc loco po
nerē: vt diſputatio mēſtruoꝝ cōpleretur: ꝛ quot modiſ ſte
rilitas fieret dicerem⁹ ꝓcederet ergo ille. Mulier ſi nō con
cepit in vtero. Velis aūt ſcire ſi ꝯcipiet: cōtegens veſtimē
tis ꝛc̄. ſequeretur ille loc⁹: q eſt nūc exponēd⁹ vbi dr̄. Que
cūqꝫ ex vtriſqꝫ habēt tēꝑiē moderate huiuſmōi generāteſ
fiunt. Immoderate aūt: ſꝫ non in vltimitate ad concipien
dum ſunt dure: ergo vltimantes erunt ſteriles. Ex qbus
ēt ꝓpēditur q̄re ſterilitas fiat ēt i marib⁹: qȯ tam̄ mult̄ oc
cultatur. Sꝫ ꝑſpicaciter intuētib⁹: ꝓmo palā fit q̄re nō ge
nerāt qdā maſculi: poſtq̄ꝫ clarebit eis vtroſqꝫ generantes
eſſe medie cōplexiōis: quā ſi excedat nūq̄ꝫ generabūt. Inci
piēdū ergo ꝓus a ſterilib⁹ mulierib⁹: ꝙ malam complexio
nem ſeu cōpoſitionē vulue habuerint in pꝛimis i vltimi
tate: in quibus quilibet quatuoꝛ ꝓncipaliū dominātur q̄li
tatū ſiue due harū ſicut mōſtrauim⁹ i libꝛis nr̄is de cōple
xiōib⁹: vbi cōplexiōes intēꝑatas octo eē dicim⁹: quattuoꝛ
ſimplices ꝙ hic tāgūtur: ꝛ q̄tuoꝛ cōpoſite ex his commixte
ſimplicibus. Cum ergo matrici dominetur frigiditas in
vltimitate: ꝛ denſetur matrix inde: oꝛa venaꝝ ad os vul-
ue veniētiū ex neceſſitate ſtrictiſſima fiūt. vñ ſteriles fiunt
mulieres: que ſecūdina nō patitur ſolidari venarū oꝛa vn
de etiā ſi poſſet fetus recipe nutrimētū nō tam̄ valꝫ: nō. n.
illuc menſtrua penetrar' poſſunt ſꝫ ſi ꝗqꝫ mō illud ꝑtingūt

Si generātes medie cōplexiōis: tꝑamētuꝫ excedēt nūq̄ꝫ generabunt.

Cā q̄re vulua in vltimitate frigiditaꝫ poſita ſterilis ſit.

puiſſima ſūt. Itē q: vene cōdēſant̄ facile q: vene ſtricte ſūt ſanguis aūt in his adunatꝰ frigidus ē ⁊ phlegmaticꝰ cuꝫ plurime qualitates harū ex qualitatibꝰ cōſiderātur matricū: refrigeſcit ergo ſperma virile ī vuluā ex matricis frigiditate n̄ā ſit calidiſſimū nāliter. Incipit ḡ pmū a cōplexione frigida. Quecūq ingt habēt frigidas matrices: ⁊ dēſaſ nō cōcipiūt ꝺ qbꝰ dat intelligi frigiditatē dēſitati cōmiſceri: vñ ppē dit̄ q: frigiditas ſiccitati ⁊ humiditati ſemp admiſceatur. Sed nū quid ſemper ꝑpter hoc ſemper enim ex matricis frigiditudīe dēſitas ſubſequitur ⁊ inde ſterilitas ſequitur: ſicut diximus.

Frigiditas ſiccitati: ⁊ humiditati ſp admiſcetur.

Similiter ⁊ ī matribus Aut enim pp raritatem corporis ſpiritus extra fert̄ vt non incidat ſemen aut propter dēſitatem humidum nō diffundetur extra: aut pp frigiduꝫ non caleſit ita vt congregetur ad hunc locuꝫ: aut propter caliditatem ipſuꝫ hoc fit.

Dꝫ aūt bene cōſiderare: q̄ ſi matrix frigida ſit nō cōcipere dixit: pp opilationē ſue ſubſtātie: nō tñ denſitas cā ē non concipiēdi: fiducialiter. n. nos intelligere putauit. Et que matrices habēt humidas in vltimitate nō cōcipiūt: q: ſemē extinguit̄ in huiuſmodi ſicut in grano ⁊ ordeo videmus que dū in paludoſis locis ſeminātur: nō ibi naſcuntur. Et q̄cūq ſiccas ⁊ magis ardētes nō cōcipiūt cū ſemē nō hēat nutrimētū: qꝺ contingit ac ſi ſeminaret̄ ī locis harenoſis: vel nō cultis ⁊ petroſis: ī matrice aūt calidiſſima ſpma illud patit̄ qꝺ ſemē in ardētiſſima terra pateret̄: ſi ī diebꝰ canicularibꝰ ſereretur. Sic ḡ nobis de quatuor qualitatibꝰ ſatiſfecit: mōſtrās ſingulas earū virtutes: qbus ⁊ earū intelligātur cōplexiōes. Quecūq ex vtriſq tēperiē habēt moderate huiuſmodi generātes ſiūt. Qꝺ ex vtriſq dixit nō ex qualitatibꝰ intellexit: cū q̄litates quattuor ſint ex vtriſq ḡ bis ꝯria. ſ. itēdit ī calore frigiditate: ſiccitate ⁊ hūiditate. Nos aūt mōſtrauimꝰ in libro de cōplexiōe ex calor̄ cū frigiditudine: ex ſiccitate cū hūiditate tpamētuꝫ eē matricis ḡ tpamētū ex horū ē paritate ꝯriorū. i. calor̄ frigiditateſiccitate: ⁊ hūiditate. Quorū pariū ſi vnū deſit ſufficit ſterilitati: Si. n. matrix ī calore tēpata ſit: tēperies āt hūiditatꝫ ⁊ ſiccitatis deſit: ſterilis inde pmanebit. Quia ḡ hy. de ſola ſeminarū loq̄batur ſterilitate de matricis tñ dixit cōplexiōe: de maribꝰ oīno reticuit: vel q: nos ītelligere fiduciauit: vel q: poſtmodū ꝺ his dicturus ē. Succeſſoreſ aūt hy. de maribus aphoriſmū hūc iterpoſuerūt. Similiter ⁊ de maribus dicētes ⁊ reliqua. Sed multi iterpretes ab hy. intellectu lōge eſſe aſſerūt. Nos aūt ex dictis hypocratis in mulieribꝰ: idē eē in maribꝰ poſſumus intelligi: dicentes ex cōplexiōis: frigiditate ſperma mariū nō bene poſſe excoqui. Si aūt tpamētū in frigiditatē paruā exierit. ⁊ vuluā calidiſſimā inuenerit: poſſibile ē gigni: ſed ſi ad vltimitatē temperies exierit: īpoſſibile ē generari ⁊ hūiditate quoq nō pōt ſperma excoqui bene. ſi ḡ in vltimitate fuerit īpoſſibile ē gigni. Si igit̄ ſpma calidiſſimū fuerit quaſi res quelibet incenſa erit: neq generabit. Similiter ēt pp ſiccitatē vltimatā non extenditur: cū incidat ī vuluā: qꝺ ad concipiēdū eē maxie ē neceſſariū ſicut in libro ꝺ ſpmate oſtendimus: vbi ſi non ī plurimā vulue concauitatē ſemē extēderet̄: feminam non poſſe cōcipere diximus. Hic āt pauca fecimus quaſi multorū ſubaudiēdorū fundamēta. Qꝺ aūt Platoniſ auctoritate ad Ticiū nos dicturos pmiſimus ꝟ ſubintulimꝰ. Magna inquit ē vtilitas ⁊ glorioſiſſima: intelligi dꝫ qualiter duo cōueniūt corpora vt concipiāt coeūtia ad inuicē: hoc aūt ē qꝺ ſupius dicimꝰ monſtrātes q̄re femina ſterilis ſit: ⁊ non gignat: ⁊ in maſculis ſimilr. quorū cā ſuit ī maribꝰ ⁊ feminis tpamenta in vltimitate egredi: q̄ tamē intēpies ſi pua ſit ⁊ corpuſ intemperatum corpori contrarie complexionis vl̄ q̄litatis ſe iunxerit poſſibile eſt concipi. Si ergo iungat̄ ſibi ſimile impoſſibile erit. Si enim frigidū ſperma frigidā vuluā incidat impoſſibile eſt concipi: ſimiliter ſi ſiccuꝫ ſiccam. itidem ⁊ in aliis complexionibus ītelligēdū eſt. Frigidius vō ſpa matriceꝫ calidiorem neceſſe īcidat: humidiꝰ vero in ſicciorem: dꝫ eſſe oppoſitio vtriuſq alterius modum non excedere: Ultimitas vero matricis pōt intelligi ex quodā aphoriſmo precedenti. Muliebria inquit ex aromatibus caleſactio educit ⁊c. tanta enim eſt matricis opilatio vt non odorem aromaticum permittat tranſire ad os ⁊ nares. Itideꝫ facit ſiccitas ⁊ humiditas: humiditas. n. ſicut diximus ſemē extinguit aromatica ingroſſat ⁊ iſpiſſat: ſurſum trāſire non permittat. Calor ſi vltimitate matriciſ ſit mutat qualitates aromatuꝫ ⁊ corrumpit: ⁊ intenſe facit vt ⁊ ſi aſcendant: non tamen in ſuam proprietatem deueniant: quiſ calor ſi quandoq adſit: rarius inde erit in feminis preſertim que nāliter frigidiores ſunt maſculis. hac inueſtigatione aromatica ꝺnotant̄ ſteriles: ⁊ non ſteriles: concipientes ⁊ non concipientes. Que etiam denotari poſſunt ex figuris ipſarum ſicut ex appoſitione aromatum ſi macilentiſſime: leuiſſime: craſſiſſime ⁊ aſperiſſime fuerint non concipient. Hic aphoriſmus hypocraticus ⁊ ſi non ſit tamen eſſe dicitur. 63

Cā quare ī calidiſſima matrice nō fiat ꝯceptō

Macricis tpamentū ex horꝫ duobꝰ ꝯriouꝫ fit pitate.

Si ad vltimitatē tēpies exierit īpoſſibile ē generari.

Si non in plurimam vulue concauitatē ſemē extēderet̄ generatio fieri nō poſſet.

Si ſimile ſibi ſiſi iūgat̄ īpoſſibile ē generatōnē fieri

In tantam temeritatem deuenit latrator huius aphoriſmi: vt non ſe ipſum intellexerit. promiſit. n. ſe monſtraturum itidē eſſe in maſculis. Erat ergo neceſſarium quattuor eadem genera comprobare complexionum ſic noſ fecimus: ſed a raritate incipit corporis: quam ſimiliter in feminis nunq̄ poſuit. Quod ſi pſpicaciter indagauerimus duobus modis oberraſſe reperiemus. Primo enim quia ſi ita eſſet rem alter ordinatim appoſuiſſe deberet: Secundo quia mētituſ eſt: quia inueniuntur enim maſculi corporibus rari: ⁊ tamen in generando calidiſſimi: ⁊ potentiſſimi. Neq mirandum eſt: cum raritas ſecundum calorem ⁊ humiditatem fiat: hic autem complexio ſpermatis abundantiſſima eſt: ⁊ ad generanduꝫ perfectiſſima: cum ſpermatis creatrix materia ī huius corpore ſit pleniſſima ⁊ virtus ad exequenduꝫ fortiſſima: ⁊ emiſſio ſpermatis non niſi ex vaſis ſit fortiſſimis: non ex emiſſione ſpirituale tantum: ⁊ ſi enim ſperma: humiditati: commixtum quandam ſubſtantiam videatur habere ſpiritualem: humiditas: tamen quedam eſt neceſſaria per quam emittatur. vnde latrator iſte deceptus: ⁊ falſus eſſe comprobatur. ¶ Dixit item propter corporis dēſitatem non extra effundi humiditatem: qui ſi aliam q̄ ſpermatis humiditatem intellegit: a ſenſu alienus fuit. ¶ Si autem ſpermatis intendit ⁊ propter dēſitatem totius corporis non effundi extra dixit: nihil ſciunt de complexione vaſorum ſpermatis. melius enim diceret ſi propter vaſorum ſtricturam fieri aſſereret: q̄ ſperma ſubdidit propter frigiditatem complexionis corporis non caleſierit ⁊ cauſam eſſe non generandi: verum quidem dixit: ſed ex ſubſequentibus veritatem falſificauit vt dicendo ne. Congregetur ad locum hunc. cum enim locum hunc nominauit: ex verbis ſuis: non bene: determinatis: nos intelligere fiduciauit: quod tamen paruum vitium eſt quantum ad maius ſuum. in ſubſequenti enim huius aphoriſmi loco errorem in propatulo poſuit. Cum propter caliditatem hoc ipſum ſit dixit. In hoc enim q̄ ipſum hoc ſit dixit: aliud de quo iſtud penderet ſe pmiſiſſe innuit. Cum ergo prius dixiſſet. Propt̄ frigidū nō caleſit ita vt congregetur ad locum hunc: mō vero

Ex nō nullis al. is ſignis ſterilitatē notabis.

Raritaſ cōplexiōis pfectiſſima ē ad generādum.

Spma q̄ pp frigiditatē cōplexionis non caleſit cā eſt nō generandi.

ꝓpter caliditatē dicat ipſum quod fit. dicim⁹ ꝓ
pter caliditatē nō caleſieri: vt congregef ad locum
hūc: quod inſanū ē dicere: cū calor diſſipet ⁊ nō con
greget. Bonū quidē eēt dicere ꝓpt calorē vel quod
libet aliud attinēs caliditati intēdi vel incēdi: non
q: propter calorem nō calefacit: vel ꝙ cōgreget ad
hūc locum. 64

De rōe cali di ē dilatare diſſipare ⁊ nō cōgregare.

Lac dare caput dolētibus malū eſt: malum vero ⁊ febricitantibus: ⁊ quibuſcunq3 hypocōdria ſuſpenſa rugiunt: ⁊ ſiticuloſis. Malū vero quibus fellei ſeceſſus: ⁊ in acutis febribus: ⁊ quibus ſanguinis multa egeſtio facta eſt. Cōuenit vero ptiſicis non valde febricitātibus. Dare vero ⁊ in febribus longis nullo predictorum ſignorum preſente: ⁊ extra rationez tabefactis.

Lac eſt vnum de cito conuertibilib⁹: quod duab⁹ de cauſis cito mutatur. Si eni calorem inueniatur plus ꝙ̄3 oporteat cito in fumoſitatē ſe mutat: ſi minorē trāſducitur in acetoſitatē. Quod facile intelligitur ſi lac nouiter emulſū coquaf aliumq3 nō coctū reperiatur: coctū. n. in fumoſitatē mutatur: nō coctū in acetoſitatē mutatur: ſed digerentibus ſecun-

Lac bene digeſtū mł'tū ⁊ bonū 3 dat nutrimētū.

dum ꝙ conuenit: lac multum ⁊ bonum nutrimentum facit. dum tamen excoquitur ⁊ digeritur inflatio ſub diaphragmate: ⁊ dolor in capite conficiuntur: hec in ſanis lac agit. In infirmis aliter: ꝙ experimētis didicim⁹. qualiter fit oz ītelligi. ſi. n. facit ſanis: inflationē hypocōdriorū ⁊ dolorē capitis quāto magis faciet caput dolētib⁹ ⁊ viſcerū inflationibus. ꝙ āt quibuſcūq3 hypocōdria ſuſpēſa dixit bene ſubintulit: cū lac nō noceat his locis: niſi quoquomō hypocondria ſuſpenſa ſint ex apatibus. ſ. phlegmone: heriſipila: zimia: vndimia ⁊ ſcliroſi: q̄bus oīb⁹ attinet ꝙ ſuſpēſa ſint. Nocet ēt locorū rugitationib⁹ ēt ſi ſint ſine apatib⁹: cū tamē rugitus nihil aliud ſit ꝙ̄3 q̄dā inflatio ⁊ vētoſitas qb⁹ lac nocet: q: mutaf in acetoſitates ⁊ vētoſitates: aliquando tñ dam⁹ in huiuſmōi infirmitatibus: ſed cum ſale ⁊ melle excoquif: ⁊ perficit: q: vētres humectat.

Si lactis nocumentuz corigaf q̄ñq3 in huiuſmōi infirmitatibus pōt exhiberi.

Nocet ſiticuloſis q: in fumoſitates venit ſiue ſitis ſempiterna fuerit ⁊ nālis: ſeu tpalis ⁊ accidētalis. Nocet ⁊ felleo ſeceſſui: cū redat fumoſitatem: ſimiliter colerā vomētibus. qd̄ fit: q: lac maxie ꝓpt calorē mutaf in fumoſitatē. Cōuenit ptiſicis in pulmone vulneratis cū dixit. Tabefactis nullo predictorū ſignorū pñte. Sed lac vniuerſaliter bonū eſſe dico indigentib⁹ bono ⁊ facili nutrimēto: q: cuz dixit. Nō febricitātib⁹ dignū ē inueſtigati: quare nō validiſſime ꝑmittif. Oz ḡ q̄rere ſi poſſit dari febricitantibus valde qd̄ verbum non neceſſarium fuit nos aūt inſequemur hoc cū tēpus fuerit oportunū.

Lac multum bonū eē dico facili ⁊ bono indigentib⁹ nutrimēto.

Nō breuiter diximus ꝙ nō oportet dari valde febricitantibus. Miror tamē quare in diuturnis febribus dari iubeaf: ⁊ cū ſupra dixerit malū febricitantib⁹ dari: quare h̄ nō valde febricitātib⁹ dari repetijt: cū in aphoriſmis nō cōſuetudo fuerit: ſufficere enim poterat quod ſupra ſemel dixerit: ſed cum in verbis ſuis ſoleat eſſe breuis: nō tamē timenda repetere dubitauit. 65

Nō ē conſuetū i amplioriſmis idē repetē.

Tumores ītellexit omne apoſtema vel groſſiciem in corpore preter naturam eminentē in quibus denotauit phlegmonem: quem cum quidam acutum apoſtema ſoleant dicere: antiqui tamen omnem calorem nimium: vel incenſionem: apoſtema vel tumor ſit ſiue non: phlegmonem dicunt. Dicit ergo hypo. Si in vulneribus tumores. i. apoſtemata appareant non valde ſpaſmantur: neq3 inſaniunt. Spaſmantur ergo ⁊ inſaniūt aliquando: ſed tamen raro

Cōſueuerūt ātiqui oē3 nimiū calorē vł ī-cenſionem phlegmonē appellare.

Quibus tumores in vulneribus apparent nō valde ſpaſmatur neq3 inſaniūt. His vero non apparentibus repente q̄bus quidē retro: ſpaſmi ⁊ tetani fiunt: quibus vero ī priori parte: mania ⁊ dolor lateris acutus: aut empima: aut dyſenteria: ſi rubei fiunt tumores.

Si vulneribuſ malis ⁊ fortibus exiſtentibus: tumor nō appareat magnū malū: laxa: bōa: cruda: mala.

De q̃dam ignaro medico.

ei qui iam domitus eſt in diſciplinis: ⁊ exercitatus in eis: ⁊ eſt eius ſtudium incipiens ad proficiendum ex hoc libro Qui autem non eſt domitus in ſermone grecorum neqꝫ ē ei cognitio cum vltimatione aut ſolicitudo de rebus: non accidit ei niſi ſcientia ſermonis ſophiſticarum ⁊ finientium ī illo vitam ſuam in vanum. Quod ergo conuenit de expoſitione eſt modus alius proprius. qui completur ſermone longiori hoc ſermone ⁊ latiore eo. Et res quidē abſoluta in diuiſione cōſiderationis in hoc modo expoſitionis eſt ei cuius intentio eſt acquirere quo proficiat q amat illud. Dimittat ergo hunc ſermonem: ī quo ego incipio ab hoc loco vſque quo perueniatur ad ſermonem: in quo dixit hyp. Oportet vt ponas conſiderationeꝫ tuam in egritudinib⁹ acutis ſecundum hanc viam. 6

Nō qd de ſophiſtis dicat.

preuenit ⁊ vix dieculam vite adijcit.

Cum ergo quidā infirmorum moriuntur antequā ad eos vocetur medicus ex prauitate egritudinuꝫ eorum moriuntur: ⁊ quidam eorum non morantur quando vocant medicuꝫ: quin moriantur quare nō remanent niſi ī die vno: aut plus illo parum antequaꝫ preparetur medicus cum arte ſua: ⁊ reſiſtat vnicuiqꝫ accidentiū: tunc oportꝫ vt cognoſcas ſtaturas illarum egritudinum: que ſunt per tranſeuntes virtutes corporū. Et ſi fuerit etiam aliquid cum illo celeſte in egritudinibus: oportꝫ vt ſit medicus in eo ſapiens cum preuiſione.

Intereſt artificis vt vires egri atqꝫ egritudinis bene perpendat.

Videtur mihi ꝙ ď melioribus reb⁹ eſt vt vtatur medicus preuiſione.

Non vtitur hypo. hac dictiōe. ſ. premiſſio: ſꝫ curſum conſuetudinis grecorum cōeꝫ: quo vtūtur ea. quod eſt: q: greci non vtuntur hac dictione: niſi ſcd̄m ſolicitudinem de re ⁊ curam de ea. Et illud quidem ſignificauit. Euripides verſificator in ſermone ſuo. ꝙ Felleries apud mortem ſuaꝫ viſa eſt preuiſione in hoc vt caſus eius eſſet ſꝫm figuram: cum qua non detegeret quando ipſa caderet. Et nos inuenimus iterum hoc ſermone. ſ. preuiſio vti grecos in ſermonibus ſuis: ſemper ſuper ſolicitudinem de aliquo: ⁊ ſcd̄m curam de eo: ⁊ anteceſſionem in preparatione eius: cuius preparatione fit iuuamentum. Et ſermo iterum famoſus apud homines. ſ. an regimen mundi currat per vſum preuiſionis. non ſignat niſi hanc intentionem. Hypo. vō nō vtitur ſermone ſuo preuiſio ſcd̄m hanc intentionem: ſꝫ vtitur eo loco pronoſticationis. ⁊ non facit etiam illud abſolute: ſed ex re: que cōicat ex iſtis duabus intentionibus ſimul. Quod eſt: q: īuenimus Homeruꝫ verſificatorem vti hac dictione. ſ. preuiſio: ſuper res in quibus homo cogitat ⁊ quas imaginatur anteqꝫ fiant: ⁊ ex hac intentione iteruꝫ deriuatur pronoſticatio. quod eſt: q: res manifeſte in naturis ſuis que formantur in intellectu anteqꝫ appareant ſenſibus ſunt: in quibus dicitur ſꝫ veritatē ꝙ homo vtitur ī eis preuiſione. Et non voluit hypo. per hoc nomen niſi vt ſignificetur quod cogitat in rebus: ⁊ imaginatur eas anteqꝫ ſint. ⁊ propter hō dicimus in rebus que intelligūť primitiue abſqꝫ voluntate: q: accidunt preter ꝙ vtatur ī eis aliquis preuiſione. In rebus autem quas fecit poſtqꝫ cogitat in eis: dicitur ꝙ fiunt poſt cogitationem ⁊ ſolicitudinē ¶ Et ſuper hoc ſignificat ſermo Solonis: vbi dicit: ꝙ opꝫ vt in iudicijs que poſuerunt illi de deruſi fagas ſ ī iterfectione: ⁊ in vulneribus: ⁊ combuſtione: ⁊ medicinis: vt vtať preuiſione ſi homo fuerit dans in potu illas volens interfectionem per eas. Inueniuntur etiam hoc nomine ⁊ ſimilibus vti rhetores multotiens in orationibus ſuis quando volunt narrare quod fit preter vſum preuiſionis proprie illud quod fit abſque voluntate: ſicut interfectio abſqꝫ voluntate: ⁊ id ad quod egreditur iratus. quod eſt: quia ipſi dicūt in iſtis rebus ꝙ ipſe fiunt preter ꝙ vtantur auctores eorum preuiſione ¶ Quando ergo homo decipit ſocium tempore longo: ⁊ cogitat ⁊ preuidet in eo quod facit cum eo: anteqꝫ conetur facere illud: vtitur preuiſione. Nō ergo ſignificat hoc nomen preuiſio. ſ. apud grecos: eſt res

Nō ꝙ hec dictio preuiſio ſolet apud grecos multipliciter accipi.

Nō qliter hic accipiatur p̄uiſio.

Nō dictū Solonis de preuiſione.

Que in nobis cū p̄uiſiōe accidūt poſt cogita

cōis: que dꝛ de actionibus bonis ⁊ malis: nō ſic dicunt quidam: ꝙ dicitur de actionibus bonis tm̄: quod eſt: q: in queſtione de qua querunt homines ſcilicꝫ an regimen mundi currat per fortunam ⁊ caſum: aut per vſum preuiſionis: non ſignificat preuiſio niſi rem cōem. ⁊ ſignificatio illius eſt: ꝙ ponitur prope eā. ſ. caſus: ⁊ ex hominibus ſunt qui ponunt prope p̄uiſionē loco caſus: quod fit ex ſeipſo: ⁊ omnes ſignificant intētionem vnam. Inuenimus autē philoſophos etiam dicentes in mundo multotiens: ꝙ regimen eius currat cum vſu bonitatis: vel adminiſtratione eius: qui eſt creator benedictus ⁊ ſublimis: in q̊ eſt preuiſio: ⁊ nō excipiunt ī ſermone ſuo bonitas ad ſuā ſcientiam: niſi q: hō nomen. ſ. preuiſio dicitur de actionis laudabilib⁹ ⁊ de actionibus vituperabilibus. nam ſi fuerit p̄uiſio. ſ. anteceſſio ſolicitudinis de rebus dicitur cōmunis. Manifeſtum eſt ergo ꝙ nomen deriuatur a re que ratiocinatur ante eſſe ſuum. ⁊ ex hac cadeꝫ intentione deriuatur nomen pronoſticationis: qđ eſt: q: res manifeſte in naturis ſuis: que apprehēduntur anteqꝫ ſint per ſigna ſignificantia ipſas: neceſſario dicitur ꝙ in eis non adminiſtratur niſi preuiſio. hic quidem ſermo eſt equalis ſermoni eius qui dicit ꝙ nos non ſcimus eas niſi ante ſuū eſſe. Mihi autem videtur preuiſionem non poni proprie illud quod fit per fortunam ⁊ caſum: vt intelligatur ex ea hec intentio cōmunis quod eſt q: preuiſio quando dicitur ſcd̄m hunc modum: ſignificatur ꝙ non dicitur niſi de actiōibus bonis tm̄. Neceſſario dicitur ꝙ in eis non adminiſtratur preuiſio: ⁊ hic quidē ſermo ſignificat ꝙ non diciť ď actionibus: bonū qm̄ preuiſio. ſ. ſolicitudo de eſſe mundi: non eſt in actionibus malis ¶ Inquit Hunai. ¶ Putatur de hoc ſermone ꝙ eſt contrarius ei: quod preceſſit de ſermone ipſius. quod eſt: q: dixit: ī eis que premiſſa ſunt in queſtione in qua queritur de eſſe mundi: an regimen. ſ. eius currat per vſum p̄uiſionis: aut per fortunam ⁊ caſum: nō adminiſtratur hoc nomen. ſ. preuiſio: niſi ſcd̄ꝫ intētionē cōeꝫ quēadmodum oſtenditur illud cōicari ex poſitione ipſorum prope ipſum caſum. i. ex eo ꝙ ponunt iuxta nomen ipſum caſus ¶ Et ex ſermone philoſophorum iterum ꝙ regimen mundi currit p vſuꝫ bonitatis: in quo eſt preuiſio. Et dixit: in hoc loco: quod eſt: q: preuiſio quando dicitur ſcd̄m hunc modum ſignificat: q: dicitur de actionibus bonis tantum. Et reſponſio quidem in illo: eſt illud quod dico. ſ. ꝙ hypo. in ſermone precedente non voluit: niſi vt oſtenderet q: poſſibile eſt vt fiat hoc nomen ī vſu. ſ. preuiſio ſcd̄m intentionem cōmunem ī omni actione: que non fit per caſum: ſicut contingit: vt intendit in ea ad bonum: ⁊ intendatur in ea ad malum. in hoc autē ſermone voluit oſtendere ꝙ qꝫuis

tionē ⁊ ſolicitudinē ſunt.

Preuiſio dꝛ de actiōibus laudabilib⁹ ⁊ vituperabilibus.

Solicitudo de eſſe mundi: nō ē ī actionib⁹ malis.

Regimen mūdi currit p vſum bonitatiſ ī quo ē p̄uiſio.

Et possibile vti hac intētione. s. prēuisio: cōiter sup oēs actionem: siue sit bona siue mala: sicut significat sup illā qōnē: cui⁹ rememoratio precessit prius tamē nō vtūtur ea philosophi in qōne: in qua querit de eē mūdi: nisi ꝑm intētionē ꝓpriā. s. bonitatez tm̄: ⁊ ꝓp illud nō inuenim⁹ eū dixisse in ꝓnosticatione: ꝙ nō ē nisi p res futuras tm̄: sʒ per res q̄ sūt in tēpib⁹ tribus. Et diuin⁹ qdē prudēs est enūciator de eo quod iā precessit nō min⁹ q̄ sit ei⁹ enūciatio enūciās de eo quod futurū ē: ⁊ similit etiā enūciatoris de reb⁹ presentib⁹: preterq̄ pri⁹ videat eas: nō ē laus minor laude illarū duarū. s. enūciantis illa duo. s. preteritū ⁊ futurū sicut ostēdit hy. in ꝑmone suo. s. ꝙ ē qr qn̄ prescit ⁊ precedit ⁊ idicat in firmo res pn̄tes ex eis que sunt cū ipsis: ⁊ que preterūt: ⁊ q̄ futura sūt: ⁊ enūciat de hoc infirmo totuz a cuius narratione abbreuiauit: erit ergo dign⁹ vt cōfidat de eo qd̄ ē potēs scire res infirmorū: ḡ prudētia per artē in enūciatione ei⁹ qd̄ preterijt: preter ꝙ testificet: ⁊ in narratiōe rerū pn̄tiū in iudicio vel indicatiōe ei⁹: qd̄ futurū ē: ē eq̄lis: verū iuuamētuz qd̄ acquiritur ex vtroqz hoꝝ diuersificatur diuersificatione multa: qd̄ ē qr ꝓnosticatio de eo qd̄ futurū ē: magis iuuatiua ē q̄ enūciatio: de eo quod ꝑterijt ⁊ ꝙ ē pn̄s qr nō iuuat per enūciationē: de eo ꝙ iā preterijt in aliqua dispositiōe infirmus: imo nō iuuat ꝓ illud: nisi medic⁹ tm̄ qn̄ vult ostēdere prudētiā suā per artē medicine infirmo: ⁊ iste qdem ꝑmo quāuis sit extra artē medicine: tamē lʒ ꝙ cū positionib⁹ eū declaret: ⁊ exponat itētiones que significantur in ꝑmonib⁹: qui sūt in libris: verū quāuis iuuamētū fiat per distictionē i expositionib⁹ in reb⁹ alijs tamē de ea ē qd̄ dixerūt quidā expositorū: significātes per id mores aīe cōponētis librū ⁊ naturā eius sicut id quod inuenim⁹ eos fecisse in hoc loco ex laude: qua ipsi laudauerūt positionē hy. in ꝑmone suo s. mihi videt ꝙ de meliorib⁹ rebus ē vt vtatur medicus ꝓuisione: qm̄ possibile fuit ei diceret ꝙ ḋ meliorib⁹ reb⁹ ē vt vtat medic⁹ ꝓter ꝙ adiūgeret ad illud. Mihi vr̄ cū sit ad erigēdū demōstrationē i eo qd̄ dixit sufficiētia. Qd̄ āt dixerūt seqēes abrucalis cū voluerit iter ꝓnosticationē differētiā eē: ⁊ antecessionē indicatiōis nō solūmō nō ē egrediēs ab eo qd̄ ē necessariū: in q̄ nō ē ꝓficuū: sʒ cū illo ē ex genere errorū ⁊ falsitat̄. hoc āt ē bʒ ꝙ videt eis: inquātum dicunt ꝙ ipsi docēt hoīes intētiones: verūtamē contradicūt nomini: in eo qd̄ significat de reb⁹: ⁊ hoc est ꝑncipiū errorū eoꝝ. s. paruitas sciētie eorū: ⁊ qd̄ sermo eoruʒ nō ē nisi i eo qd̄ significāt noīa: non in ipsa nā rerū q̄rū cognitiōe fit iuuamētū in medicina: qd̄ ē: qr ꝓnosticatio dr̄ bʒ plurimū de reb⁹ certis: certitudinis sempiterne: ⁊ qn̄qz dr̄ de reb⁹ in quarū certitudine minuit ab illis parū: ⁊ ꝓp illud inuenim⁹ expositores hui⁹ nois addere ei multotiēs illud qd̄ enūciat. Dicūt ḡ in quibusdā illarū q̄s ꝑmittūt: et cū qb⁹ incipiūt ꝙ ꝓnosticatio in eis ē certa: ⁊ qbusdā earū ꝙ ꝓnosticatio ē in eis cū q̄ ē fiducia: ⁊ fortasse nominant cognitionē earū viridicā aut artificialē: Significāt ḡ per illud quod addūt ex illo ad hoc nomē qd̄ nō ē aliud qd̄ significat: certū ⁊ veruz ē semp. Pronosticatio ḡ oʒ ꝙ dicat bʒ duos modos quoꝝ vn⁹ sup res certas veras semp: ⁊ alter super res qua minuūtur ab illa certitudine parū. Cognitio vero certa semper ē sicut ꝙ ver existit successione hyemis: ⁊ post ipsaz estas: ⁊ post estatem ē autūnus. Illa autem cuius certitudo nō ē sempiterna ē sicut ꝑpo arati in luna: qr quādo est extremitas superior manifeste inclinationis significat exsufflationem septentrionis: ⁊ si ē expansa: significat exsufflationem austri: nam hoc nō inuenitur ita nisi secundum plurimum: sicut designat illud experimentum: ⁊ fortasse non inuenit ita. Et socijs quidē abrucalis vr̄ ꝙ pronosticatio dicitur in rebus certis: sed antecessio indicationis videtur eis incerta:

Est ēt quoddā celeste: i quo oʒ ipʒ medicū ꝓuidere: cui⁹ si tāta sit prudētia ad mirabilis nunq̄ stupāda nōne illius ē vt futurū pe

qm̄ dicūt ꝙ plurime res q̄ antecedūt ⁊ indicant non certificantur. possibile ē enim homini vt antecedet ⁊ indicet: preter quod presciat illam rem quam iudicat: aut possibile est ꝙ loquatur homo ecōtrario eius quod est in anima: ⁊ si non amant vt nominent rem formatam in anima scitā nominant eaz procul dubio opinatam: vt confiteantur de ea ⁊ si nō fuerit in aīa ei⁹: qui ātecedit ⁊ indicat de aliqua re non cognita: tunc in anima eius erit opinio ꝓculdubio de ea. Verūtamen de grecorum cōsuetudine nō ē vt dicant antecessionē opinionis neqz sociorū abrucalis ēt quāuis sint diuersi in noīb⁹ multarū rerū secūdū aliud q̄ grecoꝝ consuetudo currit in vsu eorum ⁊ inuenimus eos confitentes ꝙ non dicit antecessio opinionis. Si ergo res ē ita tunc ponāt nomē aliud quod significat hanc intentionē: nō pronosticationem: postq̄ contēti sunt homines receptione eius quod posuerunt inde: ⁊ si non ē eis possibile vt faciant illud: tūc oʒ eis vt erigāt vel intelligāt ꝙ significet illud ex reb⁹ ꝑm ꝙ currit consuetudo de eo. Jam autē cucurrit consuetudo vt dominetur pronosticatio per casum rerum de quarum aptitudine est vt perueniāt ꝑm plurimū: ⁊ rerū certarū in quarū euentu nō dubitat. Et operatio quidē prudentium medicorū nō ē inquisitio de huiusmodi reb⁹: verū antecessio indicationis est de eo quod accidit infirmis: ⁊ intētio in illo ⁊ certificatio secundū plurimū: ꝙ si ceciderit in eo error erit raro. Sermo autē noster ꝑm plurimū quāuis sit dictio vna tamen illud quod intelligitur ex ea diuersificatur diuersitate multa in multitudine ⁊ paucitate quod est, qr quādo hō antecedit et indicat aliquam rerū ⁊ inuenit in ea. xx. vicib⁹ ⁊ errauit in eo semel: tūc error eius nō extrahit eū: nisi ab hoc vt sit semper viridicus: verūtamen est melior eo qui errauit bis: ⁊ ille qui errauit bis melior est eo q errauit ter. de omnibus vero istis dicitur ꝙ ipsi inuenerūt ꝑm plurimum: ⁊ propt id oʒ tibi vt intendas ad disciplinas que faciunt te acqrere veritatem: quā cū acquisieris erit rectificatio tua ⁊ certitudo tua plus. ergo sollicitus sis de his ⁊ addisce eas. Inquisitio vero de eo quod signant vel significant noīa addet tibi veritatem. Euritides. n. sophista qr dilexit hoc capitulū ⁊ intendit intentionem ei⁹: oderūt eū omnes auctores discipline: ⁊ propterea factus est idem expositus vt rideret de eo Socrates in oi loco quāuis eēt laudandus in reb⁹ alijs. Et potest eē ꝙ ego etiā iaz peccaui in rememoratiōe abrucalis: qm̄ ē melius properare ad docēdū eos qui sunt ꝓmpti ꝓperare ad addiscēdā medicinam per res certas vas ⁊ dimittere ꝓhibitionē illorū ⁊ ꝓsumere vitā eorū ex duob⁹ modis: quorum vnus est in docendo eos in redargutione sophistarum ⁊ alienationē eoruz: ⁊ altera ē in ꝯdicendo illis deceptionib⁹: ⁊ ꝓpter hoc visum ē mihi meli⁹ eē in hoc libro vt intendam ad docendum res qbus fit iuuamentum tantum: cum mihi possibile sit habere spacium lōgum vt inquiram in libro alio de eo quod dixit: abruscalis contradicendo per id libro hyppo. in pronosticatione. 7

Oportet ei qui vult exponere aliquem hoꝝ ꝑmonū vt ostendat illud in primis actu: deinde intendat ad affirmādū idem in libro suo. Res enim in descriptione eius ꝙ hō videt facilis est. vt autem sciat viam ex cuius disciplina possit inuenire secūdū plurimū cum antecedit ⁊ indicat de eo quod futurū est: aut nūciat de eo qd̄ ꝑterijt: ꝓter qd̄ testificatus sit illud: aut cum narrat de rebus pn̄tib⁹ ꝓter qd̄ audiat illud ex eis: aut videat illō prauum ⁊ difficile est ⁊ rarum. Et non quidem necesse est vt

8

Nō min⁹ prudenꝭ ē ꝑterita aut ꝑsētia enūciare q̄ futura ꝑdicere.

Utilior est ꝓnosticatio futurorū q̄ presentiū aut futuroꝝ enūciatio.

Realis ꝓnosticationis declaratio ꝯ sequaces abrucalis.

Pronosticatio duobus mōis dicitur.

Certorum pronosticatio in certorum antecessio abrocalis sotijs visum est.

Quid ꝓnosticatio ꝑm cōēz hoīuz consuetudinem.

Antedicēs nō sp vidicus doctrinā capescē do officioꝝ in paucioribus errās

Que videmus describere facile q̄ aut non difficile, et rarum.

ſcimus:niſi viridici in eo qđ dicimꝰ:q: iā oſtendimꝰ certi-
tudinē illius in ope ipſo medicine. Et quoniā nō cogit me
aliquis loqui in re vna ⁊ eadē duabꝰ vicibꝰ:quarū vna ſit
in expoſitiōe prologi huiꝰ libri:⁊ altera i expoſitiōe ſmonū
particulariū q ſūt i eo. Uidet mihi q meliꝰ ē vt poſtponā
ſmonē i huiuſmōi rebꝰ:⁊ ponā rememorationē meā de eis
in expōne ſmonū me-
dicinaliū:qui ſunt in h
libro quos volo expo-
nere:⁊ pprie cū aliqs
eoꝝ q expoſuerūt hūc
librū nō fecerit illud:⁊
neceſſitas ſciētie eius
ſit valde vehemēs:qđ
ē q: hy. ſʒ ſnias eorum
dimiſit rememorationē
eiꝰ in quo precepit me-
dicū exerceri qm ipe nō
narrauit quō oʒ vt co-
gnoſcat illud qđ iā pte-

**riculuʒ vel oīo ꝓhibeat: vel cōpetēti aminiculo tolerabilius fiat:⁊ ſi morituro finē:alij vero ſalutem pronūciet:nūquid accuſationem i altero meretur.**

**E**T ſi fuerit cū illo in egritudinibus res celeſtis:tūc oʒ vt ſit medicus cū preui-

rijt:aut qđ pñs ē:verūtamē occultū ē ſenſui. Cecidit int ex
poſitores huiꝰ libri intētiōe hac:quā noīauit hy. celeſtē:⁊
precepit vt ſit medicꝰ cū ꝓnoſticatiōe de ea ſapiēs diuerſi-
tas multa:qđ ē q: quibuſdā eorū vī q egritudines accidūt
hoībꝰ ex ira dei:q ē benedictꝰ ⁊ ſublimis:⁊ faciūt teſtificari
ſup illud hoīes multos:ex eis q ſcripſerūt enūciationē pre-
cedētē pter q oſtēdāt q hy. viſa fuerit ſnia h q edidit hunc
librū:⁊ nō oſtēdūt illud niſi prudētes expoſitores:qđ ē q:
intētio i expoſitiōibꝰ nō ē enūciatio abſoluta de eo qđ vī re
ctū:ſʒ de ſnia eiꝰ qui edidit librū:qnāuis ſit ſnia falſa:⁊ nos
nō inuenimꝰ hy. dicere in libro aliquo ſuorū q deꝰ benedi-
ctꝰ ⁊ ſblimis cauſat aliquā egritudinē:⁊ ipſe quidē enūcia-
uit iterū in libro ſuo de regimie acutarū egritudinū cāʒ pp
quā noīauerūt antiq noti hoc noīe ⁊ cōuenerūt oēs hoīes ſu
per h:q iſte liber. ſ. de acutarū egritudinū regimine ē ex li-
bris hy. In libro āt ſuo ſup quē ſignatū ē:in egritudie diui
na dixit plus illo ſmone in redargutiōe illiꝰ q putabat q
deꝰ benedictꝰ ⁊ ſublimis ſit cā alicuiꝰ egritudinū. Nō ḡ oʒ
vt dicat in egritudie epilepſie:q ipſa ē egritudo celeſtis ne
qʒ in amore. Quidā hoīes eſtimauerūt q egritudo celeſtis
ē amor:⁊ teſtificātur ſup illud ex enūciatiōe certa ſignifica-
tionis. Eriſiſtratis ſup egritudinē filij regis:q cā eiꝰ fuit
amor. Sʒ ipſi nō oſtēderūt q Eriſiſtrates noīet amorem
egritudinē celeſtē:neqʒ hy. neqʒ aliqs reliquoꝝ medicorū
antiquoꝝ cuiꝰ āt corpus macreſcit pp amorē:aut cuiꝰ color
fit citrinꝰ:aut acciderit ei inqetudo febris euenit ei:inueni
mus oēs āntiquos ponere cāʒ in illō quaſdā cās ꝑmitiuas
ſ. apparētes. ⁊ vna earū ē anguſtia:⁊ ex hoībꝰ ē cui accidit
anguſtia pp mortē alicuiꝰ ſui filij:aut ꝓpinquorum eiꝰ:aut
amici aut dilecti. ⁊ ex eis ē cui accipit id pp nocumētū cuiꝰ
timet euentꝰ:aut ſup ſe aut ſup ciuitatē ſuā:⁊ accidit angu
ſtia dño cēſuū quādo ſuis ꝑuat cenſibꝰ ⁊ hñtibꝰ ꝑncipatuʒ
⁊ nobilitates qñ priuātur illis:⁊ oēs q diligit aliquā rē ⁊
ꝑuat ea nā ⁊ i iſtorū numero igredit etiā cui accidit angu-
ſtia pp amoreʒ:ꝑter q ſit eiꝰ egritudo celeſtis aut terrena ni
ſi ſuſcipiamꝰ ſermoneʒ antiquoꝝ ꝓuerbioꝝ:ipſi. n. eſtimāt
q amor accidit qbuſdā hoībꝰ pp ſathan:⁊ ꝓpterea etiam
q cā ī diebꝰ criſis eſt celeſtis. ipſi ḡ nō ānūciāt niſi pp ſniam
ſuā:⁊ nō ꝑ ſniaʒ hy. qđ eſt q: nos nō dicimꝰ ī eo cuiꝰ nō eſt
ſcia eſſe nobis:aut egredimur a termīo rōnis qđ eſt celeſte:
īmo nō dicimꝰ ī iſtis rebꝰ ſi cōtigit qđ dicamꝰ aliqd:niſi q:
mirabiles ⁊ extnee tm̄ ⁊ nō inuenimꝰ etiā hy. ſcienteʒ cām
criſis:ſicut oſtendi in tractatu tertio libri dierum criſis. Et
ego qdeʒ ſicut dixi in eis q̄ ꝑmiſſa ſūt ſuʒ remittens reme
morationem ſermonū maloꝝ ⁊ enūcians ſmones ſuffici-
entes tm̄:⁊ qđ ego qdem nō dimiſi inqſitionem de eo qđ cō
tradixit abrucalis in libro ꝓnoſticatiōis:⁊ nō peccauit in
eo niſi ꝑ hāc cauſam. Similiter mihi vī q faciā in h ſmo-
ne:⁊ in reliquis q̄ ſequūtur ipſū:⁊ rogo etiā illum qui le-
git in hoc meo libro vt faciat ſimile illiꝰ ⁊ cū mea voluntas
iam certificata ſit ſup h:tūc non oʒ vt vituperer ſuper di-

Quāuis ex
poſitoribꝰ
ipſi:tm̄ hy.
viſum nō
eſt egritu-
dines a dō
cāri.

Nec amor
nec epile-
pſia egritu
dines cele-
ſtes ſūt.

Prouerbi
um antiq
rum.

miſſionem multorū ex eis in quorū rememoratio
ne peccauerūt expoſitores:qđ eſt qm̄ poterit legerit
id quod ego ſcripſi cū ſtudio exqſite experiri ſmōes
illos ſolū ſenſu:⁊ pp hāc cām ego ſum dimittens re
memorationem alicuius ex hoc in expoſitione hu
ius. qđ noīauit hy. celeſte ingrens de modis quos
ſignat vel ſigni
ficat hoc nomen
ſm ſniam hyp.
Manifeſtum ē
eni apud omnes
hoīes q oʒ q ſit
vna rerū q̄ ſunt
in arte medicine
⁊ hy. nō lauda-
uit ſcientiaʒ eiꝰ
tantū:imo nar-
rauit quid eſt id
qđ eſt:q: lauda
re ſcientiam ali-

**ſione i ea ſapiēs. Et ſi interpretatur de īfirmo totum a cuius narratiōe abbreuiauit:erit dignus vt ꝯfidatur de eo quod eſt potēs ſcire res īfirmoꝝ.**

**O**Portet ergo te circa acutas egritudides ſollicituʒ fieri. Prio etenim faciē

Uanuʒ eſt
aliđ lauda
re et nō nar
rare ipſum
quid ſit.

cuius rerū preter q narret quid eſt:non eſt niſi alie
nare. Oportet ergo vt ſit pronoſticatio per hoc no
men quod nominauit hypo. celeſte: vna ex rebus
quas oſtendit hypo. in omnibus libris. Similit
dico audacter ⁊ non temere q nō eſt poſſibile vt
ſit hec res quā noīauit celeſtem: niſi diſpoſitio aeris
cōtinentis nos. Et hy. qdem ſcripſit de ea in libro
aphoriſmorū hūc ſermonē cū fuerit hyems priua
ta pluuia ſeptētrionalis:⁊ fuerit ver pluuioſū ⁊ au
ſtrinū:oʒ neceſſario vt veniāt in eſtate acute febres
⁊ opthalmie ⁊ fluxus ſanguinis:⁊ proprie mulie-
ribꝰ ⁊ habētibꝰ nās hūidas. Iſte nāqʒ ſmo ⁊ queʒ
poſt eum ſcripſit nō ē niſi pronoſticatio de rebꝰ q̄ ac
cedūt corpibꝰ pp diſpoſitionē aeris. Qđ aūt dixit i
illo libro aphoriſmorū nō ē niſi ſūma breuis. In li
bro autē ſuo in egritudinibꝰ ſubitis loquit in eis
ſmonem amplū. In libro aūt ꝓnoſticoꝝ dimiſit id
oīo ſʒ q ſcia eſt de eo intrans in hūc ſcie modū. Me
liꝰ eſt ḡ expoſitoribꝰ vt ingrāt de cā pp quā dimiſit
hy. narrare qd eſt h q ipſe noīauit celeſte ⁊ dimit-
tāt falſitatem in expoſitionibꝰ ſuis. Mihi aūt vide
tur q hy. dimiſit narrare ī h libro ꝓnoſticationum
in egritudinibꝰ ſubitis vt nō ꝓlōgaret liber eiꝰ ⁊ ex
eis q̄ ſignificāt illud eſt:quia cum finiuit hunc libꝝ
dixit in fine eiꝰ ſmonem hūc. Et oportet vt cogites
velocit i euentu egritudinum ſubitarum:⁊ non fu
giat te diſpoſitio hore preſentis. ergo ſignat vel ſi-
gnificat i ſmone ſuo illud:q: oʒ medico vt ſit ſciens
pronoſticationem in egritudinibus ſubiti pluſqʒ
ſit eius ſcia in reliquis ſpēbꝰ pronoſticationis ⁊ po
nit ſermonem ſuū propriū in illo ſmone:⁊ narrat
eſſe eius in libro aphoriſmorū ſicut dixi in ſummis
breuibꝰ ⁊ loqtur in libro ſuo in egritudinibꝰ acutꝭ
ſmone amplo longo:⁊ propter id ponūt quidā ex
poſitorum expoſitiones ſuas libri eius in egritudi
nibus ſubitis poſt expoſitiones ſuas libri huius:
⁊ ſimilit videt mihi vt faciam. s

**S**Ignificauit hypo. ſignificatione mãifeſta q ſmo eius in hoc libro eſt in egritudinibus acutis. Et incipit loqui in illo ex ſigni
ficatiōibꝰ acceptis ex faciebꝰ:quoniā ſūt primuʒ qđ
appareat: et quoniā virtus earum eſt in pronoſti
catione magna et res in hoc q ipſe ſunt primum
quod apparet eſt manifeſta. Sed q virtus earū in
ꝓnoſticatione ſit magna docetur et ſciet i eo quod
eſt poſt. verū facio trāſire par mentem tuam in pri
mis prologū q eſt cōior:eo q eſt in arte iſta antece-
dens in libro ſuo noīato camedrion: vbi dixit: q
res ſimiles et diſſimiles i ꝑncipio rei ſunt ex ma-
iore re valde:nam non eſt inceptio pronoſticatiōis
tantum:que fit a conſideratione in his rebus. ſ. ꝑ

Mꝭra qn
doqʒ ſbtice
mꝰ aut idē
inutilit re-
petamus.

Si facies
ſano ſimil
fuerit opti
mū erit:ſi
contrariuʒ
peſſimuʒ.

demonſtrationes: nam ipſe non incepit pronoſticatione tantū: que fit a conſideratione in his rebus: ſed demonſtratiōes ēt ſup res quas nos oȝ facere Et ego quidem iā oſtēdi has res quas oȝ nos facere in libro meo in via de ingenio ſanitatis. Nunc vero oȝ vt primo ponas tuam conſiderationem ꝛ inquiſitionem

egri pernotabis vtrū ſit ſimilis ſano. Et ēt ſi ſibi ſano ſimul ſit: quod optimū ē: ſi vero cōtrariū peſſimū ē.

Oportet vt ponas cōſiderationē tuā in egritudinibus acutis ſecūdū hāc viā. Cōſidera prius faciem īfirmi an ſit ſimilis faciei ſanorū: ꝛ proprie an ſit ſimilis ei ſecūdum ꝙ fuit: nā quado ita ē: tūc eſt ſecūdū meliorē diſpoſitionē eius. Facieſ āt que ē cōtraria illi faciei ſimili in vltimo per illud ſecūdū ꝙ fuit ē deterior facie ꝛ cetera.

Et ſi nares acute.

de pnoſticatione in hoc libro poſtq̄ȝ feceris tranſire per mētem tuā. Secūdo q: nō ſignificationes tantū quib⁹ ſignificat̄ quo futuruȝ ē ſunt partes artis medicine: q̄ fit pronoſticatio ſed ille qb⁹ peruenitur ēt ad cognitionē ei⁹ qđ preterijt: ꝛ ille qb⁹ cōprehēdit̄ qđ ē preſēs in corpore īfirmi. verūtamē iam ꝯſuetudo cucurrit noīare cognitionē rerū preſētiū ſignificationē. Hypo. ergo precepit tibi vt ponas conſiderationē tuā in primis in facie infirmi: an ſit ſimilis facieb⁹ ſanorū: an nō: ꝛ proprie an ſit ſimilis ei ſecundū ꝙ fuit. Hec enim ſnīa ē vna ſentētiarū que viſe ſunt hypo. ſ. q: nō oȝ vt ingratur de reb⁹ que ſunt in arte medicine ex natura cōi tātū: ſed oportet vt ingras ēt de illis ex re nature que ꝓpria ē vnicuiqȝ hominū. Inde ē ꝙ cuȝ inuenis eū in loco iſto in quo precepit cōparari inter mēbra leſa infirmi: ꝛ infra mēbra ſana: innuit ne ponas illā cōparationē inter mēbra extranea: ſed inter mēbra patientis. Et melior quidē diſpoſitionū faciei infirmi ē qñ morat̄ ſimilis ei ſecundū ꝙ fuit in diſpoſitione ſanitatis: ꝛ deterior diſpoſitionū eius ē diſpoſitio in qua ē ſecundū finē contrarietatis illius faciei ſimilis illi ſm ꝙ fuit. diſpoſitiōe aūt eius media īter diſpoſitionē que ē melior: ꝛ inter diſpoſitionē que ē deterior: neceſſe ē tibi īquirere: quādo extrema determinātur: qđ ē q: propingor earū faciei cuius diſpoſitio ē melior diſpoſitionū: eſt melior earū ꝛ propinquior earum faciei cuius diſpoſitio ē deterior diſpoſitionū ē deterior earū: ꝛ cui⁹ longitudo ab vnaquaqȝ duorū ē equalis: diſpoſitio eius ē media īnter vtraſqȝ. Hypo. aūt ſignificauit faciē: cuius diſpoſitio ē ſm meliorē diſpoſitionē in ſūma vna: quod ē q: ex faciebus que ē melioris diſpoſitionis: ē facies que ē magis ſimilis faciei naturali. facies autē contraria valde ſimili naturali faciei in vltimo: quoniā nō ē cōis neqȝ cognita: ſignificauit ſuper eam hypo. ſignificationibus multis particularibus: ꝛ ego ſū perſcrutans de vnaquaqȝ illarum ſignificationū in eis que ſunt poſt. 9

Nō ī nā cōmuni ſiſtere: ſȝ ad pticulareȝ deſcendere neceſſe ē.

Hec ſignificatio eſt prima ſignificationum malarum quas poſuit hy. ſ. naſus acutus Oportet autem vt ponas conſiderationē tuam de naſo cuiuſqȝ hominum per comparationem ſuam ad id ſecundū ꝙ fuit per naturā: ſicut dixi: quod ē q: naſus aglinus videtur apud hanc diſpoſitionē acutior q̄ȝ fuit: ꝛ ſimiliter ēt ſimus ꝛ alaenei. qui cū habeat eminentiā in ſuperiori parte ē cauus ꝛ curuus. Et oȝ vt ſis ſeruās diſpoſitionē naſi per naturā: nā ſm longitudinem eius ab illa diſpoſitione naturali pones quantitatem maliciei eius: quod ſignificat ſuper ipſā apud te. Et videtur quidē naſus viſione manifeſta acui

Quātitas maliciei egritudīs cognoſcit peneſ elongationem eius a diſpoſitione naturali.

Et iſte modus eſt eius vbi ſit naſus acutus ex eiſ.

Oculi concaui: tēpora plana: aureſ frigide ꝛ cōtracte ꝛ pulpe earū inuerſe: frōſ arida ꝛ tēſa: ꝛ totus faciei color viridis ſeu niger: aut pallidus ſiue plumbeus.

Et modus eius ē vt ſit naſus acutus: oculi profundi: ꝛ tpa plana: aures frigide ꝛ contracte: ꝛ pulpe earū inuerſe: ꝛ cutis que eſt ſuper frontem dura: tenſa: ꝛ arida: ꝛ color faciei totius viridis aut niger.

in eo cuius corpus macreſcit propter egritudinē longam: aut redit diſpoſitio eius ad penam ꝓpter famē: vel propt laborē aut caſum fortē: aut ꝓpt cāȝ aliā: aut accidit eis ſyncopis. ꝛ ſimiliter inuenim⁹ ipſuȝ fieri in morituris. Neceſſario igitur dicitur in hac ſignificatione: q: ē mala accidens infirmitatibus malis. quādo aliquis vtitur inquiſitione de illis reb⁹ cōmunib⁹ apud hoīes: communiter ſup quas conueniūt. Inquiſitio aūt de infirmitate in qua naſus ſit acutus eſt de ope acutorū rōcinationis quod ē q: apprehēſio eius nō ē poſſibilis niſi per viā qua apprehendūtur res occulte ex rebus apparētibus tātum. verūtamen oportet vt perſcruteris in primis de ſignificationibus quas narrauim⁹ per viā qua apprehenduntur res que occultātur tēpore aliquo: quoniam meli⁹ eſt vt ponam⁹ ſermonē noſtrū in primis in via ſup qua conueniūt cōiter oēs hoīes q̄ȝ vt incipiam⁹ in primis: ꝛ incedam⁹ in ſmone noſtro via qua apprehēdūtur res occulte ex rebus manifeſtis. 10

Occulta p nobis apparētia via tñ cōi p̄ſuppoſita nature curſuȝ edocuit.

Omnes iſte ſignificationes apparēt in facie ī egritudinib⁹ cronicis: ꝛ apud laborē ꝛ apud ſyncopiȝ ꝛ proprie in ora mortis: ꝛ propter illud fit inueſtigatio de eis cū non aſſimiletur eis ſecūdū ꝙ ſunt ſani faciles: quoniam ſignificant rem malam. Narrauimus aūt nuper ꝙ de rebus ſuper quas conueniunt oēs ē: quia oē quod eſt contrarium rebus naturalibus vltima contrarietate eſt ſignificatio ſuper perditionē: ꝛ oē quod ē ſimile rebus naturalibus ſignificat euaſionē: ꝛ omne illud de quo queritur vſqȝ ad hūc finē ī iſtis rebus nō eſt ſecundū viā in qua q̄rit̄ de eo cuius occultatio ē ſpacio q̊da. Oȝ āt vt inquiramus de natura earū cū perſcrutatione ſecūdū ſemitā in qua ſignificatur ex reb⁹ apparentibus ſuper res occultas. Dico ergo ꝙ euentus horum accidentium erit: aut a cauſa que liquefacit membra carnoſa corporis ꝛ corrumpit ea: aut a debilitate caloris naturalis: qui cōſumitur vt nō ſit ei impoſſibile expādi ꝛ peruenire ad extrema corporis: ſed eſt in viſcerib⁹ tm̄ pauca caliditas: ꝛ cōſequitur illud vt non currant ſanguis ꝛ ſpiritus ad extrema corporis: ſicut currebant ante: cū remanerēt ſm naturā ſuā: ꝛ propter illud oȝ vt appareat hec alteratio de diſpoſitione naturali ad diſpoſitionē egredientē naturam in facie plus ꝛ magis quod eſt: q: cum ſint oſſa: ꝛ humiditates: ꝛ caro in hoc membro adinuicem propinqua: ꝛ oſſa quoniā eorū ſubſtātia ē terreſtris morentur ſm eorū diſpoſitionē: ꝛ in humiditatibus ꝛ carne ſit poſſibilis liquefactio ꝛ reſolutio: ꝛ minuunt̄ facile propter paruitatē que eſt in eis de ſanguine ꝛ ſpiritu: vnde eſt neceſſariū vt ſit apparitio horū accidentium ī facie ꝛ ipſorū cognitio facilior q̄ȝ ſit in reliquis mēbris: quod eſt q: in naſo non eſt de carne niſi ſm ipſius neceſſitatē tm̄: reliquū vero eſt os: quapropter oȝ quando li-

Nō vltiā ꝯrietate rebus nālib⁹ ꝯriū ē pdltionē ſignificant a ſīle autē euaſionem.

Virtute debilitata ad extrēa corporis non currit ſanguis ꝛ ſpirit⁹ ſicut ante faciebāt

que fit caro que eſt in eo aut minuitur propter quaſdā euacuationes: vt videat̄ extremitas ei⁹ acuta: ⁊ quādoq; accidit ei illud iterū: quādo ſuperfluit ſuper ipſum frigus: ⁊ h̄ accidēs ei ꝓprie accidit qui morit̄: quod ē: q2 quādo frigus partiū carnoſarū ſbam que ī ipſo ē infrigidat: oꝫ vt naſi extremitas acutior videat̄ ꝙ ſit. Et hypo. quidē nō ſignificauit per naſum acutū niſi naſū: cui⁹ extremitas acuitur qn̄ accidit ꝓpter egritudines acutas. ſm hūc ergo modū videtur extremitas naſi acuta. oculi āt profundant ab iſtis eiſdē cauſis: ⁊ ſm ſuperfluitates humiditatis eorum ⁊ ipſorū lenitatis ſup extremitatē naſi feſtinat h̄ infirmitas ad eos: ⁊ in eis cū illo ē ſpūs animalis multus ⁊ caliditas multa: tūc oꝫ quando euacuantur et finiuntur vt ↄ̄bātur ⁊ ipſorum cōtractio ē eorum profundatio. Et ſimiliter ēt duo tpa ſe habēt: nā ipſa applanantur: qm̄ in eis tātū ſunt ex oīb⁹ partib⁹ capitis lacerti. ſ. duo lacerti q nominātur lacerti tēporū reliqua āt capitis ſunt priuata carne oīo. Aures autē infrigidantur: quoniā ſūt ex genere cartilaginū: in quibus nō ē caro niſi pauci ſanguinis: ⁊ ꝓpter hoc inuenim⁹ frigus pro parte ad eas valde: ⁊ cā in illo ē preparatio earū: ⁊ q2 ipſe diſpoſite ſūt ad recipiēdū hanc cāꝫ ex natura ſua: ⁊ nō ē poſſibile vt ſit cā in verſatione pulparū auriū: niſi lenitas ſubſtantie earū: ⁊ ꝙ ipſe nō ſunt ſicut reliquie aurium cartillagines certe recte cū cute ſubtili. Pulpe igitur auriū liqueſiunt: ⁊ ↄ̄būtur ⁊ exſiccātur: ⁊ colligūtur a cāis: quarū ꝑmiſim⁹ rememoratione: ⁊ quando eis accidit illud: inuerſantur ꝓprie ad poſteriora verſus originē neruorū q producunt ad aures ſenſū: qd̄ ē q2 contractio ⁊ cōſtrictio cōmunicat oīb⁹ corporib⁹ q̄ ſimilantur corrigijs quādo exſiccant̄ ⁊ ē propriū vnicuiq; mēbrorū corporis q2 inuerſat̄ ⁊ attrahitur verſus mēbrū ex quo procedūt nerui cū illo mēbro cōtinuati. Videm⁹. n. illud viſione manifeſta in digitis: qd̄ ē q2 corde intrinſece digitorū qn̄ extendūtur ꝓp aliquā cāꝫ: vides digitos manifeſta viſione curuari: ⁊ ſi tendunt̄ cox corde apparētes vides eos dilatari: ⁊ ꝓp hanc ſiccitatē ⁊ collectiōeꝫ videt̄ ēt cutis: que ē ſup faciē tota tēſa: ⁊ plus q̄dē declarat̄ illud ex ea in frōte: quoniam ſub cute que eſt in frōte ē expāſa ſba carnoſa ſubtilis: ⁊ infirmitas feſtinat ad illud cui⁹ nā ē carnoſa vehemētius ꝙ ad illud cui⁹ natura ē ex nā cutis. Alteratio aūt coloris deterior ē: que eſt in nigredinē: quoniā fit a ſuperfluitate victorie frigoris ſuper ſanguinē: ſicut id quod inuenim⁹ accidere in ipo qn̄ effunditur extrinſecus a corpore: cōgelatur. n. ⁊ fit nigrum. Cōuerſio āt coloris ad viriditatē ē minoris malitie ꝙ alteratio eius ad nigredinē. Et de cōſuetudine quidē grecorū ē vt ſignificent per colorē viridē colorē citrinum: ⁊ fortaſſe nomināt ipſū ſicut de cōſuetudine pluriū eorū eſt nominare colorem cauliū ⁊ lactuce: ⁊ ille quidē color declinior ē ad nigredinē ꝙ color citrinus: ⁊ ipſe ē quaſi initiū coloris fuſci: ⁊ coloris nigri: ⁊ euētus hui⁹ coloris ē a frigore ſicut coloris primi: ⁊ ꝓp id fit facies qua aggregant̄ illa accidentia oīa que narrauim⁹ ſignificans mortem: ⁊ facies quidē fit cū hac diſpoſitiōe ſecūdū plurimū in egritudinib⁹ cronicis: ꝙ ſi appareant hec accidentia in principio egritudinū in facie ſignificat timorē perditiōis magnū valde: qm̄

Preparatio ſbe cartilaginoſe cā ē inuerſiōis in aurib⁹. ī pulpis vō ſba earū lenis.

Alteratio coloris deterior ē ad nigredinē vergēs ꝙ ad viriditatē.

Que ſi ſic fuerit ī principio egritudinis oꝫ inquiri an vigilie precefferint: aut vētris ſolutiōes: aut ieiunii labores prius affuerit: ⁊ ſi aliquid horuꝫ cognoueris preceſſiſſe min⁹ ꝑiculoſū vereberis: ꝙ ſi die ac nocte precedentibus quicꝙ̄ horū ſuſtinuerit: nō multum periculoſum ſperabis. Si vero nihil horuꝫ cognoueris: mortis ſignum ſperabis ⁊ cetera.

Quod ſi fuerit facies ī pricipio egritudinis cum hac diſpoſitione ⁊ non fuerit tibi poſſibile adhuc vt ſignifices cū illo per reliq̄s ſignificatiōes: tunc neceſſe eſt tibi vt iterroges an vigilauerit homo ille: an lenificatus fuerit venter eius lenificatione vehementi: an euenerit ei aliquid ex fame. Nam ſi ſignificatur aliquid ex iſtis tūc neceſſe ē tibi vt putes de eo minorē maliciaꝫ: ⁊ illud experieris donec ſcias an facta ſit facies cuꝫ hac diſpōne propter has cauſas ī die ⁊ ī nocte. Quod ſi nō ſignificatur aliquid illorum ⁊ non quieuerit ī ſpacio quod determinaui ante tūc oꝫ vt ſcias ꝙ illa ſunt ex ſignis mortis.

cā in illo nō nō ē tūc niſi malicia egritudinis: quod ē quia nō eſt mirū ſi liqueſiat corpus ⁊ denigrent̄ ⁊ infrigidentur quedam extrema eius quādo prolōgatur egritudo eius. in principio autem egritudinis ⁊ proprie acutarū ex eis cum facies videtur cū hac diſpoſitione: ſignificat perditionem ꝓculdubio niſi ſit cauſa faciens illā res alia nō egritudo. Et hypo. quidem oſtēdit cās que faciunt illud ꝑter egritudinem que eſt in eis: q̄ ſunt poſt. In h̄ autem loco intellige a me quod narro tibi vſq; ad illud quod dixi de eo cuius rememorationem putatur hy. dixiſſe quod eſt: q2 ſicut ex facie cui⁹ ē hec diſpoſitio in egritudinib⁹ cronicis non ſignificat̄ illud ſecundū hanc quātitatem timoris ſimiliter nō inuenimus cā ſignificare ſecundū hanc quantitatem timoris in regione frigida ⁊ hora hyemis: ⁊ diſpoſitione frigida ex diſpoſitiōib⁹ aeris: ⁊ etate ſenij. Dixit autē hypo. vniuerſaliter in libro aphoriſmorū. Quando egritudo conueniens eſt nature infirmi ⁊ etati ei⁹: ⁊ forme eius ⁊ hore preſenti: ex horis anni tūc timor ē timore egritudinis: quādo nō ē cōueniēs alicui harum proprietatū.

II

Magis interficiens ex egritudinib⁹ ⁊ magis perdens ⁊ longior a ſanitate ē egritudo in qua facies habētis caꝫ in inceptione ſui aduentus ſignificat mortē preter ꝙ ſit cauſa illius cā extrinſeca: ⁊ egritudo minoris timoris hac egritudine ē: in qua facies habentis eam eſt cum diſpoſitione hac per cauſam apparentē ſicut vigilie ſuperflue ⁊ ieiunium vel fames aut lenitas vētris: quod eſt quia rectificatio in his cauſis ē vt non cadat virtus omnino ī fine: vel vltimo ab vna earum ī ꝑncipio egritudinis: verumtamen timor in ea quandoq; oꝫ ſecundum diſpoſitionē eſt minor: quandoq; cā in illa eſt minoratio harum rerum: non eſt malignitas et malicia infirmitatis. Et ego ſuꝫ narrās breuiter ⁊ plane cauſam egritudinis corporis: in q̊ ē facies cum hac diſpoſitione in dieb⁹ primis egritudinis. Dico ergo ꝙ quādo aggregatur vt virt⁹ retentiua ſit debilis: ⁊ humores qui ſint in eo ſint ſubtiles: ⁊ caliditas febris vehemens ē neceſſe ꝓp debilitatē virtutis vt euacuetur ſemper corp⁹ euacuatione occulta: que occultetur ſenſui quod ē: quia illud quod currit ex eo non eſt niſi ex humoribus illis ſubtilibus ⁊ propter caliditatē febris inflammantur ſemper illi humores ſubtiles plus: ⁊ ſubtilitāur ⁊ conſumuntur qui ex eis non ſunt in hoc termio ſubtilitatis. Erit ergo euacuatio hec hac de cauſa continua ſemp: cui nō eſt abſciſio ſicut euacuatio aſſidua que accidit per vomitum: aut per lenitatem ventris aut per prouocationem vrine aut mēſtruorum: verūtamen oēs iſte ſpecies euacuatiōis ſunt ſenſibiles. Differentia ergo inter eas ⁊ iſter cā

Nō cāſi maligne ꝑmutatiōis faciei in principio egritudinis.

euacuationem quã diximus eſt: quia ipſe ſunt ſenſibiles: ſed illa euacuatio eſt inſenſibilis propter ſubtilitatem rerũ que euacuantur ex corpore: ⁊ propter illud non inuenimus faciem cũ hac diſpoſitione in egritudine phlegmatica: neqꝫ in egritudine cuius cã ẽ repletio corporis ex ſanguine: verũ neceſſaria ẽ ad hoc vt facies fiat huiuſmodi diſpoſitionis priuatio humiditatis que eſt in corpore. Et oꝫ vt antecedat euentũ egritudinis labor aut anguſtia. Humor enĩ qui ẽ ex genere colere nõ aggregat in corpore niſi ab iſtis cãis. Et ſi contingat iterum vt regio quã inhabitat infirm⁹ ſit cõplexiõis calide vt hora preſens: ⁊ hora anni ſit eſtas: ⁊ cõplexio aeris continẽtis nos calida ⁊ ſicca: erit caſus corporis in huiuſmodi egritudine facilior: ⁊ proprie ſi vincẽs ſuper cõplexionẽ infirmi per naturã fuerit colera: ⁊ inuenim⁹ iterũ ex corporib⁹ corpora facilis reſolutionis: quorũ os ſtomachi ẽ debile: ⁊ quãdo aggregant iſta duo cũ eo ꝙ narrauim⁹ ẽ caſus in egritudinẽ: in qua facies habẽtis eã ſignificat mortẽ facile valde. Cũ ergo ſcit medicus has res nõ eſt iuuamẽtũ per eas in ꝓnoſticatione tñ: immo in inuẽtione medicationis: ita vt ponat intentionem ſuam in illo in confortatione virtutis cum cibis cõuenientibus ſtomacho: veruntamen ſermo in inuẽtione curationis ẽ exiens ab eo in cui⁹ via ſumus.

Cognitio earũ extrinſecarũ vtil ẽ medico i ꝓnoſticatione ⁊ curatiõe.

Oportet ergo vt itẽdat inquirẽdo exquiſite de cauſis extrinſecis: que ponũt faciẽ cũ hac diſpoſitione. Dico ergo ꝙ cauſe facientes illud eadem ſunt q̃s dixit hypo: ⁊ ſunt fames: vigilie ⁊ lenitas vẽtris ⁊ tibi abſolute ineſt vt adiũgas eis oĩa que ſunt eis ſimilia: ſicut euacuatio ſanguinis ſuperflua: que fit ex narib⁹ aut ex matrice: aut in venis que ſũt in ano aut ex vulnerib⁹: aut ex eis que ſunt eis ſimilia: ⁊ ſequit illud anguſtia vehemens a quibuſcunqꝫ cauſa fuerit. Et dignũ ẽ ꝙ hy. iã dixit anguſtiã: cũ ponatur in ſermone ſuo: dicẽdo. Vigilie: quod ẽ quia vigilie ſunt a cãis multis: ⁊ ſunt etiam ab anguſtia: ergo oꝫ vt ingrediatur in rememoratione vigiliarũ: ⁊ ſimiliter ẽt in ſuperfluitate ſolutiõis ventris: oꝫ ẽt vt apud te ingrediat oĩs euacuatio ſuperflua. ⁊ qui iã exercitatus ẽ in opẽ medicine exercitio vltimo: ⁊ ẽ prudẽs in cognitiõe cuiuſqꝫ rerũ q̃ ſũt in ea: declaratur ei multũ cã efficiẽs faciẽ: cui⁹ diſpoſitio ẽ hec diſpoſitio. Modus autem ſignificationũ qua ſignificãt eã difficilis ẽ: ⁊ ꝓpter illud abſtinuerunt ſe multi medicorũ a narratione eius per ſmonẽ quãuis eã ſciuerint. Nos aũt narrauim⁹ eũ totũ in libris noſtris quorum digna ẽ rememoratio de eo narratione quã qñ ſciueris ⁊ videris infirmũ in quacũqꝫ hora fuerit illud poſſibile erit tibi vt iudices ſuper cãꝫ: q̃ poſuit faciẽ ei⁹ ad hãc diſpõnẽ: ⁊ ꝓprie ſi fueris ſciens regimeꝫ quo vſus fuit ante egritudinẽ ſuã: ⁊ cõplexionẽ eius: ⁊ plus illo multũ ſi iã fueris expertus pulſũ venarũ ei⁹ experimento: ⁊ cognoueris qualitatẽ caliditatis ſe.

Facile ẽ medico prudẽti ⁊ exercitato cogſcẽ cãs iſti⁹ faciei.

Cui⁹ exẽplũ ẽ vt ponas ꝙ ſit aliquis infirmorũ cã infirmitatis cui⁹ ſit labor precedẽs ⁊ ieiuniũ: ⁊ anguſtie: ⁊ fit illud in hora eſtatis: ⁊ cõplexio aeris in ea calida ⁊ ſicca: ſit ẽt vincens ſup corpus ei⁹ per naturã colera ⁊ etas ei⁹: ⁊ ẽt etas iuuẽtutis caliditas febris ei⁹ cũ illo fortis: ⁊ vincẽs ſuper vrinã ei⁹ colera ⁊ pulſus ei⁹ ſignificet debilitatẽ virtutis. Dico qꝛ oꝫ vt ſciatur ꝙ egritudo infirmi ẽ egritudo in qua ſmo noſter ẽ: ⁊ ꝙ facies eius ſit cũ diſpoſitione in qua ſignificat ſup mortẽ velocẽ: ſi nõ pri⁹ nutriatur hꝫ ꝙ oꝫ: ⁊ ponam⁹ egrũ aliũ: in quo non inueniat aliqd eorũ q̃ narrauim⁹ nõ antecedẽs in egritudie ſua: neqꝫ i die ṗmo neqꝫ i ſcdo: cũqꝫ in die tõia fuerit eger: videas faciẽ ei⁹: ſecũdũ ꝙ narrauit nũc hy. dico ꝙ oportet vt ſciatur ꝙ facies hui⁹ infirmi facta ẽ cum hac diſpoſitione a quibuſdã cãis extrinſecis: cũ ergo ſcieueris illud tunc cogita in teipſo quid ſit id quod poſſibile ſit ꝓprie eẽ cã an fluxus vẽtris ſuperfluus an vigilie: quod ẽ: quia non eſt poſſibile vt fiat facies ieiunãtis cum hac diſpoſitione ſubito: preter ꝙ cauſe egritudinis faciant illud ſicut dixi: ⁊ ſit infirmus in natura ſua ſm ꝙ narraui.

Videas modũ itroducẽdi caſum i actu practico.

Quõ debeas inueſtigare cãꝫ egritudinis.

Et ſi tu iam vidiſti infirmũ in die qui ẽ ante hũc diẽ: tũc impoſſibile eſt vt deletum ſit a te: ſi ẽ de natura ſui vt accidat ei fluxus ventris ſuperfluus ex ſeipſo: quod ẽ: quia ſignificationes que ſignificãt fluxũ ventris ſunt manifeſte. Et ego quidem narraui eas in libro meo de criſi: ⁊ in libro meo de ꝓnoſticatione accepta ex pulſu. Cũqꝫ ſcieris illas ſignificationes: poteris hora qua videris infirmũ iudicare ꝙ acciderunt ei vigilie ſuperflue: qḋ ẽ quia videbis oculos eius exſiccatos: ⁊ non eſt poſſibile vt ſint ita propter euacuationem: ⁊ videbis iterũ palpebras eius cum difficultate moueri cum diſpoſitione: quaſi ipſe ſint tracte ad inferiora nõ fixe: ſicut palpebre ei⁹ qui hꝫ ſubet: Et ſi tu ẽt nõ vidiſti infirmũ niſi in illa hora: ⁊ non vidiſti eũ ante illud: tamẽ iſte ſignificatiões accepte ex pulſu ſignificãt ẽt ſignificationeꝫ quãdã ſuper illud quod ante fuit: quod eſt qꝛ ſi illud quod facit illud fuerit cã ſupfluitatis fluxus vẽtris: tunc remanebit ſup infirmũ reſiduum paruum ſignificãs cãꝫ facientẽ illam euacuationẽ. Et ſi accideret ex vigiliis: imaginatur tibi ex pulſu venarũ: quaſi ſit corda corrigiarũ cordata.

Quõ poſſum⁹ de ꝓteritis ex pulſu ꝓnoſticar.

In eo autẽ cui⁹ facies ẽ cũ hac diſpoſitione propter ieiuniũ tantum: non inuenitur aliquarum ſignificationum: que ſignificant euacuationẽ neqꝫ que ſignificant vigilias: ⁊ non ſit pronoſticatio in eo niſi ex aliis: nã cã egritudinis ieiunii ẽ cũ priuatione harũ ſignificationũ proprie: nõ ex priuatione ſignificationũ q̃ ſũt ꝓprie ieiunio: ⁊ plus illo mltũ: qñ cõſideras pſcrutatiõe ꝓprie caliditatẽ reſoluẽtẽ: ⁊ nõ declarat tibi ꝙ diſpoſitio febris ſit ita qñ ſi declaratur tibi ꝙ diſpoſitio febris ſit hec diſpoſitio: tũc ſcias ꝙ hec tornatilitas faciei nõ accidit niſi ab hac cã: nõ a cã extrinſeca: ⁊ oꝫ quideꝫ vt plõges morã in tactu eius: ⁊ ponas manũ tuã ſup ipm totũ: nõ ſup ipſũ locũ q tangitur tñ: ſed ſup locũ qui eſt ſuperior eo ẽt: ⁊ cõſidera febrẽ manu tua cõſideratiõe vehementi an ſit calida tñ: an iã reſoluat ẽt cũ illo ex ſba corpis ea q̃ ſũt ſicut ſcintille ignis penetrãtes in manũ tuã: qua tãgis infirmũ: ⁊ perueniũt puẽtione manifeſta ad profundũ ei⁹. Febrium enim que ponũt faciẽ habẽtis eas cũ hac diſpoſitiõe: in q̃ ſignificat mors diſpõ ẽ hec diſpõ. Et narratio harũ rerũ ſicut dixi ẽ difficilis: verũtamẽ nõ ſũt ex eis q̃ nõ narrant aut ex eis quorꝫ cognitio ẽ difficilis ei qui iam domitus ẽ: ⁊ exercuit ſe in illo. Et mihi quidẽ multotiẽs preſentes fuerũt cũ proceſſi: ⁊ indicaui eis res iſtas: ſꝫ ipſi ex additione facti ſunt ꝓmpti ſuper cognitionẽ rerũ quas didicerũt ex edictis libris in pronoſticatiõe. qḋ ẽ: qꝛ apud illũ q vidit ⁊ pceſſit ⁊ indicauit eas certificatũ ẽ: qꝛ earũ apprehenſio ẽ poſſibilis: ⁊ nõ heſitat in illo qñ ſit ei difficilis apprehẽſio illius rei in ṗncipio: nam inter quoſdaꝫ puerorum: quorum vnuſquiſqꝫ alteri ſimilis eſt vltima ſimilitudine: non eſt poſſibile diſtinguere ⁊ qui non videt eos niſi ſemel: de ſuis autem non eſt aliquis ſuper quem depeat illud.

Difficillima exercitatis facillima fiũt.

Per illud autem dixi de hoc non intẽdi: niſi admonere iuuenes in hac ſcientia: ⁊ proprie qui ex eis non viderint infirmos: ⁊ indicaui huiuſmodi res: quod eſt quia nõ eſt tibi poſſibile vt enuncies: quod nõ accidit infirmo niſi anguſtia tantum: imo poteris dicere ꝙ vigilie accidunt ei propter anguſtiã. Eraſiſtrates enim non ſciuit ꝙ fili⁹ regis fuerit Almãs: quoniam viderit coruos: aut cornices volãtes neqꝫ qñ inuenit pulſum illius adoleſcentis ſignificare amorẽ: ſicut dixerunt quidam: ſꝫ ipſe nõ ſignificauit id ſicut ego ſignificaui niſi ſemel: qḋ eſt: qꝛ hora q̃ poſui manum meam ſuper faciem ĩfirmi: accidit ei vt tranſiret ante eum mulier ex eis que erant in manſione ſua: quare diuerſificatus ẽ pulſus eius ſtatim: ⁊ corruptus eſt ordo ei⁹ cũqꝫ parũ temporis pertranſiſſet: ⁊ mulier receſſiſſet quam viderat: rediit pulſus ei⁹ ad illud quod erat per naturam. Super illud autem quod diuerſificatur de pulſu ſecundum

Eraſiſtrates ex ſola pulſus permutatione amãteꝫ nõ cognouit.

hunc modū: non ſignificat res vna cōis. Et ē cā quare agitatur anhelitus ⁊ pulſus infirmi: Diſcretio vero huius cauſe ex qua agitat̄ anhelitus ⁊ cognitio eius: oportet vt ſit ex iſtis rebus quas audit infirmus: aut quas videt: qḋ ē: ꝗ illud quod dicitur corā infirmo: ⁊ facit accidere in pulſu eius diuerſitatē: non ē illud niſi propter agitationem ex

non ſit certum: ⁊ propter illud non eſt poſſibile vt iudicetur ex eis ſuper res in quibus dubitat̄. Ego autem dico ꝙ iſte ſignificationes non apparent ſpẽ: neqꝫ ſi apparent ſignificant rem certam. Et ego quidem oſtendam ꝙ illud ſit in expoſitiōe mea de eis poſtq̄ poſuero ſmonē hy. q ſeqt̄ hūc ſmonē. 12

Qualiter ſue ſit agitat̄ cāis debeat aſtātibꝰ ⁊ infirmo cas enūciāre.

eis que audit: verūtamen ego iā ſcripſi in illo librū ꝓpriū: ſed ē in pronoſticatione. In hac autē hora oꝫ vt redeam ad illud ſup quod fui. Illud ergo in cuius viani ē: ꝙ poſſibile eſt q̄n medicus enūciat multas ex rebus que preterierunt ⁊ ex rebus que ſunt preſentes iſirmo: vt miret̄ de eo. ſ. quando narrat huiuſmodi res: quarū premiſimus rememorationem. ſ. vigilias ⁊ lenitatē nature: ⁊ famem: ⁊ fortaſſe difficilis ſit enunciatio ꝙ vna earum ſingularis ſit cā egritudinis: ſꝫ enūciatio ꝙ illa ſit vna ex duabꝰ earū: aut vna ex tribus proculdubio ē poſſibile vt antecedat ⁊ enunciet de ea ſecundum veritatem: ⁊ illud quidē ē quod prouocat illum: qui audit illud vt laudet ipſum dicentem. Cū enunciat illud per illud quod enunciat non ſecūdū ſemitam interrogationis: ⁊ ē vt medicus dicat infirmo

ET ſi huiuſmodi egritudo triduana fuerit qui preceſſerunt labores non minus percunctaberis ⁊ oīa que ſunt inquirēda circa corpus perquirere debeſ ⁊ etiam circa oculos.

QUod ſi egritudo iā tranſierit tres dies ⁊ facies fuerit cum hac diſpoſitione tunc oportet vt inquiras de illis rebus quas premiſi tibi in queſtione de cis: ⁊ cōſideres reliquas ſignificationes in corpore ⁊ oculis.

ET ſi lumen effugerint: nolenteſqꝫ lachrymas effuderint: atqꝫ foras tanq̄ in ſuffocato prominuerint: aut alter altero minor apparuerit: ⁊ alba eorum in ſanguinea cōmutata fuerint ⁊ tanq̄ vene nigroriſ vel palloris intus ī ſe fuerint ⁊ lippitudineꝫ habeant: ⁊ iſtabiles aut tremuli fuerint: aut extra nimis extiterint: aut intus multum delituerint: ⁊ tota facies horribilis apparuerit: hec omnia periculoſa ⁊ mortalia iudicabis.

NAm ſi oculi effugerint a lumine: aut lachrymātes inuoluntarie fuerint: aut fuerit torti: aut fuerit vnꝰ eorum minor altero: aut eorum alba rubuerit: aut fuerint in eius vene fuſce aut nigre: ⁊ fuerit in eis lippitudo: aut fuerit agitati: aut inſtabiles: aut tremuli: aut eminentes: aut profūdi valde: aut fuerit color facici totius mutatus: tūc oꝫ vt putetur de iſtis ſignificationibus oībus: quia ſūt ſignificationes male pernicioſe.

HOc nomen. ſ. Principium egritudinis: ſignificat initiū egritudinis cum non ē latitudo aliqua: ⁊ ſignificat iterum initiū cū eſt latitudo aliqua: ſed illa ē parua: ⁊ ſignificat cū iſtis duobꝰ primuꝫ tempus egritudinis ex temporibus poſt: qḋ ē tēpus augmēti ⁊ poſt augmentum ſtatꝰ: ⁊ poſt ſtatum declinatio. In ſermone igitur hy. Nuꝫ ſi fuerit facies ī principio egritudinis cum hac diſpoſitiōe: nō ſignificauit ꝙ horum temporuꝫ itellexerit. In ſmone autē ſuo nūc ſcilꝫ ꝙ egritudo iam tranſierit tres dies ⁊ fuerit facies cuꝫ

Nō h diſtinctionē de ꝑncipio i tria membra.

que eſt cā tornatilitatis faciei ſue: an vigilie ſuperflue: an ieiuniū fuerit cā. Multotiens enim ei ſignificat infirmꝰ per ambas res ſimul: quare ſit admiratio eius de medico plus ⁊ fortaſſe ſignificat vnā earū ⁊ mirat̄ de eo ēt infirmꝰ q̄n dicit illud quod ē. Hoc ē ergo quod ſignificat hypo. per ſermonē ſuum. Oportet enim vt inquiras an vigilauerit hō ille: an lenificatus fuerit venter eius lenitate vehemēti: an euenerit ei aliqd ex fame. Deinde dixit poſt illud: Et ſi ſignificauerit aliquid ex illis oꝫ vt putetur de eo ꝗ ē minoris malicie: ⁊ illud ē neceſſarium quoniam melius ē vt ſit virtꝰ iſirmi cū diſpoſitione in qua non cadat ab vna cauſarū extrinſecarū: ⁊ malicia egritudinis ēt eſt minor ⁊ facilior quando cauſa liquefactionis corporis ſupflue ē vna earū rerū: ⁊ nō eſt ſecundū egritudinē ⁊ maliciā eius verūtamē cū ſit poſſibile vt ſit cauſa in illo cā extrinſeca ledens corpus: ⁊ febris liquefaciens ipſum ē neceſſe vt ſit experientia illius: donec ſciatur an facta ſit facies cum hac diſpoſitione propter has cās in die ⁊ nocte quas numerat. nam ſi facies ſit facta in hac diſpoſitione ex aliqua cauſaruꝫ extrinſecarū tm̄: ſicut dixi reductio eius ad diſpoſitionem naturalē erit in die ⁊ nocte ⁊ ſi facta eſt cum hac diſpoſitiōe propter cāꝫ in corpe: moratur ſecundū diſpoſitionē ſuā illaꝫ ⁊ additur malicia eius. Hypo. ergo inuenitur in eo qḋ dixit. In oībus rebus: recte inueniſſe. Ingramus ergo nūc de intentione ſermonis hypo. ſ. Si ergo fuerit facies in principio egritudinis cum hac diſpoſitione ⁊ non eſt tibi poſſibile adhuc vt ſignifices cum illo per reliquas ſignificationes: quod eſt: quia neceſſe eſt ex ſermone eius iſto vt ſit vna duarum rerum: aut vt iſte ſignificationes non appareant in principio egritudinis: aut vt illud quod ſignificat

Deteriora ſunt ſigna a cāis intrīſecis cāta q̄ ab extrinſecis.

hac diſpoſitione: ſignificat ſignificatione manifeſta ꝗ intellexit in ſermone ſuo premiſſo per principiū egritudinis initium cui ē latitudo: quod eſt ꝗ ſpacium temporis huius initij extenditur vſqꝫ ad diem tertium. Apud hunc ergo terminum precepit hypo. vt adderetur ad ſignificationes quas dixit: ſignificatio ex reliquis ſignificationibus in quibus dixit. Et non eſt tibi poſſibile adhuc vt ſignifices cum illo per reliquas ſignificationes: ⁊ numerauit eas in ſermone ſuo: qui ſequitur hunc ſermonem ⁊ dixit. 13

RES cōmunis in omnibus iſtis accidentibus que narrauit hy. eſt ꝗ ſunt extra naturam. Eorum vero diuerſitas eſt in hoc ꝙ quedam eorum dicuntur eſſe contraria rebus naturalibus valde: ſicut dixit hy. in eis que premiſſa ſunt: ⁊ propter illud dicitur de eis: Quia omnia ſunt ſignificationes male periculoſe ſecundum ſemitā: in qua ſignificatur ſuper res naturales. quedam enim eorum ſunt plus in illo: ⁊ quedam eorum minus: oportet ergo nunc vt inquiramus cāſ a quibus accidunt ſecundum ſententiam hy. Dico ergo ꝙ oculi fugiunt a lumine propter debilitatem virtutis viſibilis: ⁊ debilitas huius virtutiſ ſit in quibuſdam horis propter debilitatem inſtrumenti eius: ſicut illud quod accidit in opthalmia: ⁊ forſan debilitatur preter ꝙ eueniat in inſtrumētis nocumentū horribile: ⁊ quando eſt debilitas eius propter hanc cauſam eſt illud ſignificatio quia ē mortalis: ⁊ ſimiliter etiam quando lachrymatur:

Cā quare oculi lumē effugiunt ⁊ inuolūtarie lachrymātes ſint

nam ſi fuerint ille lachꝛyme ꝓpter ophtalmiam que
accidit in eis: aut propter materiam que deſcēdit ad eos
ex capite: tunc illud erit ſecundum diuerſitatem curſus
naturalis: ⁊ non ſignificabunt moꝛtem proculdubio: ſed
ſi fuerit propter debilitatem virtutis ſignificabunt moꝛ
tem ⁊ perniciem. Toꝛtuoſitas vero oculoꝛum accidit in

De cauſa toꝛtuoſitatis oculoꝝ.

cio a ſpaſmo lacertoꝛum mouētium eos: ⁊ qñ fuerit hec cauſa in lacertis mouentibus oculoſ tantum: non ſi

**O**portet etiam videre quid de oculis in ſōno videatur: ſi enim ſo alba videantur ſubcluſis pal pebꝛis: nec ſolutio: aut per ſe: aut per catarticum precesserit neqȝ ex conſuetudie hoc euenerie: moꝛtis ſigna videbis.

gnificabit illud rem malam: ⁊ quando fuerit propter cāȝ
hoꝛum neruoꝛum que veniunt ad oculos ⁊ ad cerebꝛum
tunc illud erit ſignificatio perniciei in vltimo quod eſt: qꝛ
lacerti propinqui cerebꝛo vehementius ſentiunt egritu-
dinem accidentem in eo: ⁊ ante omnes lacertos. Foꝛtaſſe
enim accidit hec cauſa in lacertis oculoꝛū quos dixit hy.
in hoc ſermone: ⁊ foꝛte accidit in lacertis tempoꝛuȝ in qui
bus locutus fuit hy. in libꝛo iuncturarum. Et diminu-

De cauſa diminutiōis vnius, oculoꝝ ab altero cꝫ curſū nature.

tio vnius oculoꝛum ab altero cum diuerſitate curſus na
turalis eſt accidens pernicioſum quod eſt: quia ſignificat
moꝛtem virtutis regentis oculos: rubificatio autem al-
boꝛum ipſoꝛum: ſicut illa que accidit in ophtalmia: ⁊ ebꝛi
is ſignificat repletionē cerebꝛi: ⁊ meatuum eius: ⁊ multo
tiens ſignificat apoſtema calidum quod accidit in iſtis
membꝛis: quod eſt: quia effuſio ſanguinis ad venas que
ſunt in oculis: propter quam videntur alba earum rubea
⁊ eſt panniculus continens partem oculi: que nominatᷣ
coniunctiua non fit ab iſtis duabus cauſis. ſ. repletione
cerebꝛi: aut ab apoſtemate calido. Et ego quidem iam oſtē
di in libꝛo meo de anotomia: ꝙ iſte panniculus ligat oēs
alios panniculos qui ſunt in oculo: ⁊ oſtendi iterū ꝙ extre
mitas oſimach. i. nerui obtici aduenit huic loco ab oculo
cum eo quod eſt in eo de venis. Et iam oſtendit hy. oſten
ſione manifeſta quid intellexit per ſermonem ſuuȝ. Aut
rubent alba eoꝛuȝ: illas venas in eis que ſcripſit poſt illō

De cauſa fuſcedinis ⁊ nigredinis uenarū cōiūctiue.

nam ipſe dixit. Aut ſi fuerint in eis vene fuſce: aut nigre
⁊ hoc qdē accidēs ꝓculdubio ē ꝑnitioſum quod eſt: qꝛ ve
ne que ſunt ī oculis apparent rubee: aut propter repletio
nē ſicut dixi: aut ꝓpter apā calidū ī cerebꝛo. Sed fuſcitas
⁊ nigredo accidūt ī oculis quando infrigidantur: ⁊ non in
frigidantur niſi quando accidit ei moꝛs: ⁊ ꝓpter illud iſti
coloꝛes ſemper ſignificant perniciem. Liptitudo autem

De cauſa lypitudinis oculoꝝ.

accidit ſicut iam ſciuiſtis propter cauſam in inſtrumentis
que ſunt in oculis. ſicut illud quod accidit in ophtalmia:
⁊ in egritudinibus alijs ex egritudinibus oculi: ⁊ non ſi
gnificat illud timoꝛem: ⁊ accidit etiam illud ꝓpter debi-
litatem virtutis naturalis regentis: quando non poteſt
digerere cibum qui venit ad oculum. quod eſt: quia nos
oſtendimus ꝙ lippitudo eſt ſuperfluitas cibi: cuius dige
ſtio non rectificatur. verum neceſſe eſt ne ſit poſſibile ī egri
tudinibus ophtalmie vt rectificetur digeſtio cibi q venit
ad oculum: propter multitudineȝ humiditatis effuſe ad
oculos econtrario curſus naturalis: ⁊ propter egritudinē
accidentem in inſtrumento oculi. verumtamen cum eſt
minutio nutrimenti. ⁊ priuatio eius manifeſta: ſignifica
tio illius eſt ſubmerſio oculoꝛum: ⁊ tunc iam deſtruitur
omnino vt ſit cauſa ī hoc vt accidat lippitudo multitudo
humiditatis ⁊ remanet vt ſit cuȝ illo debilitas virtutis
tantum: ⁊ non ſit illa debilitas parua: imo multa valde:
ita vt nō ſit poſſibile virtuti cibuȝ digerere qui prouenit
ad oculum ſm vehementiam paruitatis eius. Oculi au

De cauſiſi ſtabilitatꝭ tremoꝛiſ oculoꝝ

tem agitati ſunt quoꝛuȝ motus eſt ſemper. ſignificant au
tem aut maniam aut tremoꝛem lacertoꝛum oculos mouē
tiuȝ: ⁊ iſta duo accidentia ſimul quando accidūt in huiuſ
modi egritudine: in qua ē ſermo noſter: ſignificant perni
ciē. quod eſt: quia mania quādo eſt euentus eius propter
priuationem humiditatis eſt mala valde. Tremoꝛ etiaȝ

accidit propter ſiccitatem humoꝛum: qui non habent mundi-
ficationē omnino: Et hy. quidem vituperauit oculos eminen
tes ⁊ ſubmerſos valde. Verumtamē oculi eminentia quando

De cauſa eminentie oculoꝛum ī pricipio. Egritudinis.

qȝ fit in principio egritudinis ⁊ pꝛopꝛie in eo qui vomit pro-
pter cibum multum quē aſſumpſit: aut vinum multum qō
bibit: pꝛofundatio vero eoꝛum valde non accidit in pcincipio
egritudinis: ⁊ propter illud non dixit hy. aliquod hoꝛum duoꝛuȝ in principio ſermonis ſui: cuȝ dixit naſum acutum ⁊ oculos ſubmerſos:
⁊ nō dimiſit dicere oculos eminentes: in ſermone ſuo pꝛimo
niſi quoniam ipſi non videntur cum hac diſpoſitione in facie
ſignificāte moꝛtē. quod eſt: quia impoſſibile eſt vt ſine eminen
tes oculi ſimul ⁊ ſubmerſi. Valde vero ſubmerſos preternii

Nō contingit oculos eſſe valde ſumerſos ī principio egritudinis

ſit dicere: quoniam illud non accidit in oculis ī pꝛincipio. Et
de hy. quidem extimat in hoc ꝙ dixit: eminentia oculoꝛum
ꝙ ſit contrarius ei in illo ꝙ preceſſit de ſermone ſuo: quod eſt
quia cum anteceſſit ⁊ locutus eſt in macie ſignificante moꝛteȝ
ꝙ naſus eius ſit acutus ⁊ oculi ſubmerſi: voluit vt rediret et
diſcerneret illud ⁊ numerauit illud cum ſignificatiōibus que
appent poſt diem tertium: deinde pꝛeparat in ſermone ſuo.
Aut fuerint eminentes. Et ego exponam quid videtur eſſe il
lud quod intendit in hoc ſermone ſuo: poſtquam poſuero to-
tum ſermone eius ſm hunc oꝛdinem. ſ. Si egritudo tranſie-
rit tres dies: ⁊ fuerit facies cum hac diſpoſitione: tunc oſtendit
vt queras de rebus quas pꝛemiſit tibi in queſtione de eis: ⁊
conſidera reliquas ſignificationes in toto coꝛpoꝛe ⁊ in oculis
⁊ ſignificationes que apparent in oculis ſunt vt figiant a lu-
mine: aut vt lachꝛymantur aut toꝛqueantur aut minoꝛetur
vnus ab altero: aut videantur alba coꝛum rubea: eut ſunt in
eis vene nigre ⁊ fuſce: aut appereat in eis liptitudo: aut agiten
tur: aut ſint eminētes: aut ſubmerſi valde: aut coloꝛ faci ei toti
us cum illo etiam ſit mutatus. Iſte nanque ſignificationes
omnes ſunt male ⁊ pernitioſe ⁊ non vidi illud niſi in facie qȝ
diximus. Scias ergo quia eſt ſignificatio magna ſuper moꝛ
tem. ſm ergo hanc intentionem videtur mihi ꝙ hy. numera

Nota ꝙ cū ſignis moꝛtē ſignificātibus enumerauit ēt ſignis ꝑniciā ſignificantia.

uit cum ſignificatiōibus quas poſſibile eſt apparere in facie
ſignificante moꝛtem eminentiam oculoꝛum: qnamuis impoſ
ſibile ſit vt accidat illud in ea. quoniam hy. non intendit diſti
guere accidentia que accidunt in facie ſignificante moꝛteȝ tan
tum: ſed diſtingut etiam ſignificationes ſignificantes perniti
em: que apparent in facie. ⁊ propter illud dico ꝙ quamuis ſit
impoſſibile vt accidat in facie: ſignificante moꝛtem aliquod
hoꝛum accedentium que dixit: ⁊ non illud tantum: immo
plurima eoꝛum. non eſt ſermo hy. contradicendus quoniam
intentio eius eſt vt loquetur in omnibus ſignificatiōibus ma
lis. Et tu quidem recte potes ſcire ꝙ ipſe recte inuenit: ſicut di
xit in ſermone ſuo. ſ. Et non eſt tibi poſſibile adhuc vt ſigni-
fices cum illo per reliquas ſignificationes ſm hunc modum: ⁊
vnūquodqȝ hoꝛuȝ accidentium que dixit ſunt vniuerſaliter:
aut non appareant in pꝛincipio egritudinis: aut ſi apparent
non ſignificent pꝛoculdubio perniciem. Nam ſi tu conſideres

Nō Que hoꝛū accidentiū po ſunt ī pꝛincipio egritudinis apparere ⁊ q̄ non.

vnumquodqȝ hoꝛum per ſe: inuenies hunc ſermonem in fi-
ne certitudinis. inde eſt ꝙ accidit multotiēs vt fugiant oculi
a lumine in pꝛincipio egritudinis propter multitudinem vi
ni: ⁊ etiam propter vehementiam vomitus ⁊ ſimiliter etiaȝ
quandoqȝ accidit vt lachꝛymētur ⁊ toꝛqueantur: ⁊ emineant
aut rubeant vene que ſunt in eis: ſe mutatio venaꝝ q̄ fit ī eis
ad fuſcedinē vel ad negredinē: nō accidit eis ī pꝛīcipio egri-
tudinis: neqȝ ſubmerguntᷣ oculi in pꝛin. ſ. ſubmerſione vehe-
menti: neqȝ accidit in eis lippitudo ſȝ ſunt neceſſarij ad minꝰ
tres dies aut quatuoꝛ.

14

**N**Am expoſuit hy. ſermonem ſuū. ſ. quod apparet de i
terioꝛibus oculoꝛuȝ in hoꝛa ſonnij in ſermone ſuo. ſ. ſi
apparet aliquid ex albis eoꝛuȝ palpebꝛis ſub clauſis.
⁊ addit in certitudine huius ſermonis ſermonem ſuum ſed de
inde non fit illud a ſolutiōe: aut a potu medicine ſolutiue. Et

OPortet autem vt cõſideres illud qđ apparet de iterioribus oculorum i hora ſomni: nam ſi apparet aliquid ex albis eorum palpebris ſubcluſis: deide nõ fuerit illud a ſolutione: aut potu medicine: ⁊ nõ fuerit in co de cõſuetudine eius ut dormiant eius oculi cum illa diſpoſitione: tunc illud eſt ſignificatio pernicioſa valde.

ET ſi palpebre inuerſe fuerint: aut liuide ſiue labra ſimiliter fuerint liuida: aut nares diſtorte: his ſignis ſiue ſolis: ſiue cum predictis mortem proximam iudicabis.

ET ſi palpebre inuerſe fuerint. aut fuſce: aut liuide fuerint labia ⁊ naſus cum illa diſpoſitione cum quibuſdam illorum ſignorum reliquoruꝫ tunc oportet ut ſcias ꝙ infirmus eſt ꝓpinquus morti.

BOnum eſt egrum inuenire iacentem i latere dextro aut ſiniſtro:

↑ Cauſa quare aptio ex albis oculorũ i ſõno ſignuꝫ ſit mortale

oportet quidem etiã vt nos ad illud addamus: aut ſimiliter a cauſa alia: cuius virtus ſit hec virtus. Ego qdem ſum aggregans intentionem huius ſermonis in ſũma vna. ↑ Dico ergo ꝙ hoc accidens accidit a debilitate virtutis mouentis palpebram: ⁊ eſt interficiẽs ſi non fuerit euentus eius a quibuſdam cauſis extrinſecis ſed indigent cauſe extrinſece in faciendo venire hoc accñs vt conſecute ſunt de vehementia virtutis ſue vt ꝓſternãt virtutem ⁊ mollificant eã: ſicut ſolutio vl' diaria. ⁊ potio medicine ſolutiue: ⁊ tedium: ⁊ anguſtia vehemens: ⁊ vigilie: ⁊ priuatio ſibi: ⁊ proceſſio ſanguinis ſuperflui: ⁊ relique euacuationes pertranſeuntes quãtitateꝫ equalem. Sup illud autẽ quod paulo ante dixi: ꝙ hy. intentio eſt vt numeret oẽs egritudines ꝑnicioſas: exceptis illis q̃ in facie apparent tãtũ: ſignificauit cum expoſitiõe in hoc ſermoꝛ. vbi dixit: Deinde nõ fuerit illud a ſolutione: aut a potu medicine ſolutiue quod eſt: quia anteceſſit ⁊ excepit in ſermone ſuo in facie ſignificante mortem: vbi dixit. Aut leniter venter eius lenitate vehemẽti. Sermo enim eius. Lenitur venter eius: cõmunis eſt ſolutioni ⁊ fluxui ventris: qui fit a medicine ſolutiue potu. verũtamen in hoc ſermone cum incipit inceptione ſecunda cum determinatione accidentiuꝫ pernecantium addidit vnicuiqꝫ exceptionẽ: q̃ oportet vt excipiant̃ i eo: ergo neceſſario facit illud. 15

IN pluribus quidem ſcripturis ſm hoc inuenitur inceptio huius ſermonis ſcripta: ⁊ inuenitur etiam in quibuſdam eorum loco inuerſarum ſpaſmate. ⁊ illud quod ſignificat hec dictio. ſ. ſpaſmate eſt contractio ſicut quod accidit membris illis quibus aduenit frigus: ⁊ illud quidem accidens ſignificat mortem mẽbrorum: aut frigus ipſorum ⁊ ſimiliter etiam liuiditas. ↑ Inuerſatio autem palpebrarum ſignificat ſpaſmum: aut molliciem vnius duorum lacertoꝛuꝫ q cooperiunt oculos: ⁊ ambe ille egritudines interficiũt infirmũ quando reliqua ſigna ſignificant ſimile illius. Et ſignificauit ſuper hoc hy. in ſermone ſuo cum quibuſdam illorum ſignorũ que dixit ꝙ ſufficit ſolũ in ſignificatiõibus ſup mortẽ. 16

↑ Indicatio ſũpta ab inuerſatione palpebrarũ

SErmo iſte eſt ſignificatio ꝙ hy. determinauit in iſto ſuo ſermone: in cuius via ſumus ſigna pernicioſa: qđ eſt: quia tu inuenis eum in hoc ſermone narrare ſigna que apparent in toto corpore: ⁊ non incepit in illo inceptione ſecunda: ſed continuauit illud cũ eo quod preceſſit de ſermone ſuo: quod eſt: quia preceſſit et dixit in ſermone ſuo. In facie ſignificante mortem: quia oportet vt conſideres reliquas ſignificationes in corpore toto: ⁊ in oculis. Et numerauit poſt illas reliquas ſignificationes in corpore vna cum veſtigio alterius. ſermo autẽ eius iſte ↑ Et oportet vt inueniat medicus infirmũ in hora qua igredit̃ ſuper eũ iacentẽ ſup vnũ duoꝝ laterũ eius: nõ ſup dorſum ipſius ſicut q habet molliciẽ: nõ fit niſi ſignificatio laudabilis: qñ ſignificat vehementiã virtutis retinentis corpus ⁊ figentis ipſum cũ lacertis: ſicut ſignificatio ſuper debilitatẽ virtutis huius ẽ vt non inueniat̃ infirmo eſſe poſſibile iacere ſup vnũ lateꝝ ſuoꝝ. Et hy. quidẽ inuenit ĩ ſmone ſuo illo rẽ cõem ĩ eo. ſ. ſermo eius.

⁊ manus ⁊ pedes ⁊ ceruicẽ nõ ut in ſpaſmo diſtenſa: ⁊ totum corpus in ſua poſitione flexibile ⁊ minime rigidum: que habitudo ſanis eſt familiaris ⁊ amica: ⁊ iacere in modum ſani eſt melius.

ET oportet vt ieniat medicus infirmum iacentem ſuper vnum laterum ſuorum ſcilicet dextruꝫ vel ſiniſtrum: ⁊ manus eius ⁊ pedes ⁊ ceruiceꝫ flexibiles parum ⁊ corpus eius totuꝫ ĩ ſua preparatione humidum: quoniam plures ſani non iacent in ſomno niſi cum hac diſpoſitione: ⁊ laudabilior quidem decubitus eſt qui ſanorum decubitui eſt ſimilis magis.

QUia non eſt ſignũ laudabile egruꝫ ſuppino corpore iacere brachiis rigidis ⁊ pedibus.

IAcere aũt infirmũ ſuper ceruicem ſuam cũ tenſione manuuꝫ ſuarum ⁊ pedum ſuorum ⁊ colli ſui: eſt minoris laudis q̃ illud.

↑ Cũ q̃re bonũ ſit inuenire infirmum iacẽtem ſupra vnũ duoꝝ laterum

Qñ plures ſani nõ iacẽt ĩ ſomno niſi cũ hac diſpoſitione. ⁊ manifeſtũ ẽ ꝙ oportet vt ĩueniat infirmũ medicus iacẽtẽ ſm hunc modũ ĩ hora ĩ q̃ ingredit̃ ſup eũ oportet. n. ut intelligas illud ab eo: quãuis non dixerit illud qđ ẽ qa nõ abſoluit ſmonẽ ſuũ: ⁊ dixit. Et oꝫ vt inueniat infirmũ iacẽtẽ ſup vnum duoꝝ ſuoꝝ laterũ ſꝫ addidit ad illud rememorationẽ medici. deinde dixit poſt illud. Et oportet vt ſint man⁹ et pedes ⁊ ceruix duplicata paꝝ: De cõſuetudĩe nãqꝫ pluriũ ſanoꝝ ẽ vt iaceãt ĩ ſomno cũ hac diſpõne: ⁊ qdẽ cõꝑhẽdit ꝑ ſmonẽ ſuũ. ſ. Plures ſani ⁊c̃ aliã q̃ ĩ ꝓnoſticatiõe ſit iuuamẽtũ ꝯſeruatõe cui⁹ idigẽs ſemꝑ: q̃uis dimittat rememorationẽ ei⁹ ĩ aliq̃ hoꝛaꝝ. ⁊ ẽ: q: qđ ĩ ei⁹ vẽis cũ eo ẽ ꝓpriũ vnicuiqꝫ ĩfirmoꝝ ſine alio: ñ ẽ oꝫ vt ponas ꝯſiderationẽ tuã ad id cõem: qđ ẽ: q: nõ oꝫ qñ vides ĩfirmũ iacẽtẽ ĩ ſõno: ſic ẽ ꝯſuetudĩe pluriũ ſanoꝝ ẽ. vt laudes decubitũ ei⁹: ↑ Et qñ tu vides decubitũ ei⁹ diuerſũ ab illo: ñ oꝫ vt tu vitupes ipſꝫ: q̃uis ſit ſignificatio mala. ĩmo igr ⁊ ꝯſidera an de ꝯſuetudĩe ĩfirmi cucurrerit vt iaceat ĩ ſõno cũ illa figura: nã ſi fuerit ita ñ erit ſignificatio vitupabilis. Sermonẽ vo ſuũ. ſ. corp⁹ ei⁹ totũ in ꝑpatiõe ſua hũidũ poſuit pp corp⁹ extẽſũ ſic cũ qđ ẽ: q: man⁹ ⁊ pedes oꝫ vt ſint duplicabiles paꝝ: ⁊ toti⁹ corpis ẽt oꝫ vt ſit decubit⁹ ſm hũc modũ. ſ. vt ſit figura ei⁹ lõginq̃ ab extremitatib⁹. figure aũt decubit⁹ trãſeũtis eq̃litatẽ ſũt ĩ qb⁹ ẽ totũ corp⁹ tẽſum ĩ vltio tẽſiõis: ⁊ ille ĩ qb⁹ man⁹ ⁊ pedes ⁊ os dorſi. ⁊ inus ꝑs ſunt ſpõdilles colli: ſũt duplicata ĩ fine duplicatiõis. Et figure qdẽ decubit⁹ trãſeũtis eq̃litatẽ accidũt qñ tendunt̃ neruĩ tẽſiõe vehemẽti: ſic oſtẽdã ĩ libro meo de motib⁹ lacertoꝝ. Media aũt iter has egreſſas ab eq̃litate nõ ẽ extenſa penit⁹: ⁊ ꝓpter illud noĩauit eam hy. hũidam qñ de aptitudĩe corpoꝝ hũidorũ nõ ẽ vt extendantur.

↑ Cui parti derogãt vniuerſalibus

ISte decubit⁹ nõ penit⁹ laudat̃: ⁊ pp illud nõ oꝫ vt dicat̃ ꝙ ẽ minoris laudis. qđ. n. oĩo laudabile nõ ẽ: nõ ẽ neceſſariũ vt dicat̃ q: ẽ minoris laudis Et hy. qdẽ ſignificauit ꝙ iſte decubit⁹ nõ ẽ laudabilis oĩno ĩ ſermõe q ſeq̃tur hũc ſmonẽ: ⁊ ẽ ſermo ei⁹: ſi euigilauerit ⁊ deſcenderit ĩ lecto ſuo verſus pedes ſuos: tunc illud

ē deteriꝰ: qd ē: quia ſermo ī hoc decubitu q: eſt deterior: ſignificat ꝙ decubitꝰ q eſt ante eſt malus. Et mihi qdem videtur ꝙ iſte ſpēs decubitus ſunt medie inter laudabilē ⁊ vituperabilē quia virtus earuȝ non eſt magna: neqȝ in ſignificanda ſanitate: neqȝ in ſignificāda morte: ſed aut ſunt medie inter iſtas ſpecies decubitus. aut declināt ad vnā duarum extremitatuȝ ī declinatione parua. ita vt ſit poſſibile ei qui loquit in eis ſermone nō exquiſito: vt cōparet eas cum duabus extremitatibꝰ ſuis: ſicut fecit hy. in hoc loco in ſermōe ſuo. ſ. ꝙ iſte decubitus ē minoris laudis ꝙ̄ decubitus pmus et decubitus qui ſequitur euȝ eſt deterior eo. Et oȝ vt ſcis ſeruāſ qd dixi: ⁊ eſt quia oportet vt cōſideres ne ſit debitus īfirmi ſuper collum ſuuȝ currens in cōſuetudine eiꝰ nam ſi fuerit res ita. ⁊ īfirmus nō reſpexerit medicū ingredientē ſup eum tunc ñ erit rectum vt eſtimet ꝙ ille decubitus ſit melius iter laudabilē ⁊ vituperabilē ſed oportet tūc vt ipſuȝ nūeres in ſpēbus decubitus laudabilis. ⁊ ſi non fuerit de conſuetudine infirmi decūbere ſm hanc figurā: ⁊ fuerit honorās medicū q ingredit ſuper eū vehemēti verecūdie ex eo: tūc nō ē ſignificatio laudabilis: ⁊ plus illo ſi infirmus natura fuerit verecūdus: ⁊ pp hoc oȝ vt dicatur in hoc decubitu: q: eſt mediꝰ iter laudabileȝ ⁊ vituperabilē in ſeipſo: eius aūt poſtremū declinat ad duas extremitates ſm naturaȝ infirmi. 18

huiꝰ ⁊ ſeqntis d̄cubitus ſpēs medie ſūt īter laudabile ⁊ vitupabile.

ET ſi repente ſe a capite lecti ad pedes iactauerit: malū non eſſe dubitabis.

QUod ſi euigilauerit: ⁊ ꝑcepitauerit ſe a loco ſuo verſus pedes ſuos illud eſt deterius.

ET ſi pedes nudos: ⁊ tepidos inueneris: ⁊ inordinate cū labore ceruiceȝ atque pedes iactauerit: peſſimū ē: ⁊ anguſtie ſignum.

QUod ſi inueniat cum illo: ⁊ pedes eius ſint diſcoperti: ⁊ nō ſint calidi valde iactat pedes ſuos ⁊ ceruice ſuaȝ cum diſpoſitione diuerſitatis ⁊ agitationis tūc illud malū eſt ꝓpterea: quia ſignificat anguſtiaȝ.

ET ſi eger iacuerit deiecta ceruice ⁊ aperto ore.

ET ex ſignificatiōibus mortis eſt ꝙ dormiat infirmus ore aperto pſius ſemper.

ET reiecta ceruice pedibuſqȝ tortis.

ET vt pedes eius ipſo iacēte ſuper ceruicē ſuam ſint duplicati duplicatiōe vehemēti ⁊ retorti.

AT ſi ſuper ventrē preter ſolitū iacuerit: maliciē ⁊ alienationē ſignificat: ſiue doloreȝ ventris.

SOmnus autē infirmi ſuper ventre ſuū pter ꝙ iaȝ curreret cōſuetudo eius ī ſanitate ipſius vt dormiret ſuper ventrē ſuū tunc illud eſt ſignificatio mala. quod ē: quia ſignificat permixtionē rationis: aut dolorē in partibus ventris.

ET ſi in augmento egritudinis repēte ſurgēs ſteterit: malū in oī acuta egritudine: ⁊ peſſimū eſt in periplemonia.

ET infirmi ſaltus ad ſedēdum in hora ſtatus egritudis ſue ē malus valde in oībus egritudinibus acutis: ⁊ deterior eſt qui fit in periplemonicis.

SIcut decubitus ſup latus cōſeqtur aliq̄ operationū ſimilit etiā et decubitus ſup collū. ſicut iacēt oēs. Et pp illud qñ ꝓijcis cadauer ſuper latꝰ ſuū: cōuertit ꝓculdubio aut ſup faciē ſuā: aut ſup collū: ⁊ ſimiliter ſi figuraueris ipſum figura in qua tendit ad ſuperiora cadit ⁊ deſcendit verſus pedes: ⁊ precipitatur. neceſſario igitur dicit hypo. in hac ſignificatione quia eſt mala. qd eſt: quia ſignificat mortem virtutis que tolerat corpus. 19

Sicut ñ gradus virtutiſ ī cadauere ita ī infirmo eius debilitatio

QUam rectius eſt illud q̄ determinauit hy. ſermonem ſuuȝ in additione ſua. ſ. Et non ſint calidi valde. qd ē: q: infirmus cogitur in febribus acutis valde diſcoopire pedes ſuos: quoniaȝ accēduntur cū acceſſione reliquoruȝ mēbroruȝ. Cū ergo nō ē diſpō febris hic diſpoſitio: ⁊ iuenis infirmū detegentē pedes ſuos: tunc illud ē ſignificatio ſuper moleſtationē infirmi: ⁊ ꝙ habet anguſtiā ⁊ ſi iuenis cū etiam figurare manus ſuas cū ceruice ſua ⁊ pedibus ſuis ſede. Sicut dixit hy. in eis q̄ pmiſſa ſūt. ſ. vt videas iſta mēbra piecta cū diſpōne agitatiōis ⁊ diuerſitatis: tūc ſcimus ꝙ illud ē ſignificatio mala. quod eſt q a ſignificat anguſtiā: ſicut dixit hyp. Et hoc nomē āguſtia. ſ. ſignificat ꝙ infirmus cū omnibus ſuis figuris leditur: qbus decūbit ⁊ permutatur ſp de figura ad figurā. At qñ inuenis īfirmū iacentem ſicut dixi: et videris euȝ mutare ſemper figuram in qua iacet. et manꝰ eiꝰ ⁊ pedes ipſius iactari cū diſpōe diuerſitatꝭ ⁊ agitatōis: ⁊ ſitꝰ ceruicis eiꝰ ſp puluinar ieq̄lis: tunc ſcias ꝙ hȝ āguſtiaȝ: aut ꝓpter cauſam quā inuenis ī ore ſtomachi: aut ꝓpter debilitateȝ virtutis ſue. poſtq̄ȝ autem cognoueris etiā in illo voluntatem infirmi: conſidera ne ſit ex mollibus p naturaȝ q terrent ex oī cā q̄ accidit eis: q̄uis ſit pua valde et debilis. 20

Crebra agitatio ac īfiguris oībꝰ ingetudo mala

QUod dormiat infirmꝰ ore apto ſuo ſp: qñ ñ accidit illud ab extriſeca cā ſic ex ſolutōe aut medicia ſolutiua. aut re alia cuiꝰ virtꝰ ſit h virtꝰ tūc illud ē ex debilitate virtutis mouentis lacertos q apiunt os: ⁊ claudūt ipm ſicut dixit añ ī lacertis q mouēt palpebras. Certior qdē ſcripturarū qbꝰ ſcribit iſte ſmo ē hec ſcriptura: ⁊ ſȝ h iuenimꝰ eū ſcriptū ī qbuſdā ſcripturis āntiqs: ⁊ iuēimꝰ eū ſcriptū ſȝ diuerſitatē eis ꝙ ſcripſimꝰ eū: ſ. ē illd ꝙ iuenit ſcriptū ī dſcriptōe Diaſcoridis: ſȝ hūc modū. Et ex ſignificatiōibꝰ malignis vl' pūis ē: vt ſit īfirmꝰ ore apto: ⁊ vt dormiat ſemp. In h āt ſmōe ſūt due ſignificatōes: q̄rū vna ē oris aptio: ⁊ altera aſſiduitas ſōni. ¶ At hy. qdā iā oñdit ī hac ſignificatōe ſecūda: q: ē mala: q̄uis nō ſit os cū ea diſpōe aptū ī libro aphoriſmorū: vbi dixit. ſōnus ⁊ vigilie qñ vnūqdqȝ hoꝝ ptrāſit q̄titatē eq̄lē: tūc: illud ē malū: ⁊ meliꝰ qdē ē vt ſimus cōtēti p illud ꝙ nō voluerit narrādo os aptū niſi cū ſōno. nos. n. nō iuenimꝰ illd accidere ſȝ plurimū niſi apd ſōnū ⁊ ſi iueneris iterū apire os ſuū pter ſōnū. tūc ſcias qd illa ſignificatō ſup malā diſpōȝ magna ē. 21

Cū ſōnꝰ ſine oris aptōe ī īfirmo malus ſit cū adito peior erit

INuenit ī qbuſdā ſcripturis loco Duplicati duplicatiōe vehemēti. ſepati ſepatōe vehemēti Et iſte qdē decubitꝰ ē malꝰ qd ſignificat pmixtionē rōis īfirmi. ¶ Qd ē: q: tu ñ iuenis aliquē cuiꝰ ꝯſuetudo cucurrerit vt iaceat ī ſōno cū hac figura. ⁊ ſi tu ſcripſeris hūc ſmonē ſȝ ꝙ ſcripſimꝰ eū ſȝ duplicati duplicatōe vehemēti: tūc illud iteꝝ ē decubitus malꝰ: qñ ē extraneus: quoniā forſitan nō iuenitur aliqs hoꝝ hoc efficere. 22

Accidētia pter cōem cōſuetudinē pmixtionē rōnis dicāt ī īfirmo

INuenimꝰ āt hy. feciſſe rememorōeȝ ī oībꝰ iſtis ſmōibꝰ ſp cū diſcretōe: cū q̄ oȝ diſcernē eos vt diſtiguat p illud int illud ī q̄ currit ꝯſuetudo īfirmi ⁊ int illd q̄ ñ currit eiꝰ ꝯſuetudo: qd ē: ¶ Q: dormire ſr vētrē pter ꝙ ꝯcurrit ꝯſuetudo cū eo ſignificat aut pmixtionē rōis. ſic decubitꝰ q ē añ iſtū: aut dolorē q ē ī ptibꝰ ventris. quod ē: q: tu inuenis multos ex his q habent dolorē: in ventre ſuo eligere apud ſomnū hāc figurā. 23

Inſuetꝰ icubitꝰ inſuete diſpōis ſignū ē.

QUi hȝ piplemōiā: ſētit ī pectore ſuo ⁊ ī pulmōe ſuo ꝯſtrictōeȝ vehemētē qñ dormit ſr ceruicē ſuā: ⁊ qñ ſedet āhelitꝰ eiꝰ ē melior. qd ē: q: ptes pectoris q̄ ſt ī āteriori pte eiꝰ cadūt ſp dorſū quā

In oibꝰ egritudinibꝰ ꝑter q̃ȝ i peripleonia. ſeſio iſta tu mala.

do dormit ſuper ceruicem: quare accidit inde vt conſtringatur pulmo: ergo non ingreditur ad ipſum ex aere quantitas qua fiat ſufficientia in euentatione cordis in reliquis autem egritudinibus ſeſſio infirmi eſt mala in hora ſtatus: ergo oportet vt conſideres illud in conſideratione vehementi Hy. enim non excepit in ſermone ſuo ſignificatio mala: valde in vanū: quod eſt: q2 egritudo facit accidere i hac hora proprie quietez ⁊ tranqllitatē ꝓpt vehementiam ſui laboris: ⁊ ſi intēdit aliqs mouere ipſum in hac iraſcitur inde ⁊ fit ſupeū paru. Cum ergo accidit contrarium illius ita vt infirmus ſaliat ad ſedendum i hora ſtatus egritudinis ſue: tunc oportet vt ſcias ꝙ illud eſt ſignificatio mala ſuper difficultatem anhelitus eius aut ſuper anguſtiam: aut ſuper permixtionem rationis. 24

Frendere dētibus in febribus ꝑter ſolitum neq; q puero mortem vel maniā. ſignificat ꝙ ſi frendeat cum inſania mors ſeqtur vicina.

Stridor autem dentiū in febre eiuſ cui nō fuerit ꝯſuetudo illa a puericia ſua: eſt ſignificatio manie ⁊ mortis oportet ergo vt antecedas. ⁊ iudices illud quod timetur ſuper infirmū de vtriſq; rebus ſimul. Nam ſi facit illud quod facit inde iam ratōne eius permixta: tunc illud ſignificat ꝙ eius pernicies iam appropinquat.

Stridor dentiū accidit quādo mouentur lacerti: qui ſunt i temporibus ⁊ mandibulis. motu ſpaſmi. Ex hominibus eni accidit illud ꝓpter cauſam que accidit i lacertis tīſ: aut i principio generationiſ corporis: aut i fine eiꝰ propter aliquā cāuȝ ⁊ ex eis eſt cui accidit illud: cū origini neruorum accidit nocumētū: ex quo poſſibile eſt accidere neruis qui ex eo oriuntur ſpaſmum. Et oȝ quidem vt ſcias ꝙ i creatione cuiuſq; membrorum in vno quoq; corporum eſt proprietas que eſt propria ei ⁊ non alij: ⁊ iam narraui illud in libris alijs ſermone amplo vltimo. In hoc auteȝ libro ſufficit mihi vt enunciē illud cum ſumma vna: ⁊ rogo gentes vt hanc ſummā ſeruēt ⁊ memorie cōmendent in omnibus horis: ⁊ non mirentur ex hoc ſi euenerit origini neruorum nocumentum in horis diuerſis in corporibus multis: vt accidat inde tremor ⁊ ſpaſmus in diuerſis lacertis: nam ſicut vides compoſitionem quorundam corporum compoſitionem bonam: ⁊ quorundam corporum compoſitionem malam ab initio generationis eorum: ita vt quedam corū ſint velocis curſus ⁊ ſuper quedam eorum ſit erectio difficiliſ ⁊ ſimiliter inuenis ea diuerſificari in debilitate ⁊ fortitudine in reliquis membris ſimiliter etiam inuenis ad quorundam hominum pedes properare nocumentum ex qualibet cauſa: ⁊ quibuſdam eorum accidit illud in volis manuum: ⁊ quibuſdam i oculo: aut in capite: aut in aliquo membrorum reliquorum ſm compoſitionem cuiuſq; corporū a principio ſue generationis. Non eſt ergo mirum ſi ſint lacerti mouentes oculum debiles in quibuſdam corporibus: et in quibuſdam eorum lacerti mouentes mandibulas: ita vt accidat per illud iſtis vt strideant dentes eorum in horis oībus ex qualibet parua cauſa: que accidit eis: et accidit illis vt moueant oculos ſuos motu frequēti: quod ē: q2 ſtridor dentiū ꝑ naturā ē conſimilis cauſe q̃ accidit in oculo et lacertis ſuis a principio creature: quoniā non eſt poſſibile habēti hāc cauſaȝ vt figatur ictu oculi: ſed mouetur ſuper motu tremuloſo. Spaſmus auteȝ accidens in lacertis mādibularum febre ꝑꝑ nocumētum quod ingreditur ſuꝑ cerebrū eſt ſimilis cauſe que accidit in lacertis oculi: in qua dixit hy. i eis que ſunt ꝑmiſſa: ꝙ oculi ſunt in ea agitati. qd ē: q2 receptio nocumenti accedentis in cerebro ꝓperat in quibuſdā corporibꝰ ad lacertos menti et temporū. et ad lacertos qui ſunt in mādibulis. neceſſario igitur dixit hy. ꝙ hoc accidens ſignificat maniā ⁊ mortē. et ſermo eius mania eſt equalis ſermoni ſuo: ac ſi diceret: rationis vehemens permixtio. In ſignificatione autem mortis cauſa eſt nocumentū ingrediens ſuꝑ cerebꝝ verūtn̄ ex eo de q̃ q̃rit ē ſermo eiꝰ ꝙ hoc accidēs ſignificat maniam: deinde ſermo eius per illud ſcilicet ſi faceret illud qd facit inde ratione eius iaȝ permixta: tunc illud ſignificat ꝙ eius mors propinqua iam. manifeſtum eſt igitur ꝙ ſi ſtridor dentium ſignificat maniam: non ſolum tunc nō eſt poſſibile vt quieſcat quando accidat mania: imo oportet: vt vehemens fiat ⁊ fortis: ⁊ hoc eſt quod mihi videtur: q2 ē intentio huius ſermonis. quem dixit hypo. ꝙ ſtridor dentium accidens in eo de cuius conſuetudine non eſt a pricipio ſui eſſe: eſt ſignificatio manie que accidit in eis que ſunt poſt. ⁊ ſi inuenis cuȝ infirmo duo accidētia ſimilis ſ. maniam ⁊ ſtridorē dentium: tunc ſcias ꝙ ei mors appropiquat valde. Per ſermonem igitur ſuum primum non voluit: niſi quando tu vides infirmi dentes ſtridere: preter ꝙ eius ratio ſit iam permixta: tunc ſcias ſcientia abſoluta ꝙ illud eſt ſignificatio manie ⁊ mortis. Per ſermonem ſuum ſecundum voluit hanc intentionem quam dicit: Quando vides infirmi permixte rationis dētes ſtridere: tunc ſcias ꝙ eius mors iam appropinquat valde: ⁊ illud ſignificat ſermo eius ſcilicet illud ſignificat valde quod eſt: quia eius mors iaȝ apropinquat. quoniam ipſe enunciat in ſermone ſuo i principio vel primo ꝙ illud accidens ſignificat mortem: ⁊ addidit cum illo ſermone valde: ⁊ dixit. Illud eſt ſignificatio ꝙ eius mors iam appropinquat volens ꝙ nō tardatur: ſed feſtinat valde. 25

Si in egro corpore fuerit antrax aut carbunculus: ſiue preceſſerit ſiue egritudini: ſuperuenerit opus eſt attendere quod ſi exiccatus fuerit: ⁊ colorē viridez vel citrinū vel liuidū ꝓtulerit: mortem dixit proximam.

Et quando fuerit i corpore īfirmi vlcus: aut antecedens egritudinem ſuam aut eueniens in hora egrtudinis ſue: tunc oportet vt cōſideres ipſuȝ: quod ē q2 quā īfirmi eē ꝯuertit ad ꝑniciem tūc vlcus illud fit ante mortē eius ſiccū: aut cum liuiditate: ſiue viriditate.

Siccitas autem vlceris erit propter debilitatem virtutis que corpus nutrit. color vero eis non eſt vnus in hominibus omnibus ſed diuerſificatur ſecundum diuerſitatem corporum in humoribus: quorum vnuſquiſq; vincit in eis. ⁊ ſecundum quantitatem nocumenti accidentis in vnoquoque eorum quod eſt: quia vincens in corpore quādo eſt humor qui eſt ex genere colere: eſt color citrinus: et quando vincens eſt humor melancholicus: aut eſt color viridis: aut liuidus: ſed ſermo eius in hoc loco viridis: non eſt color citrinus ſed color qui intelligitur ex hoc nomine. Dixit enim: in eis que ꝑmiſſa ſunt ꝙ color viridis quandoque dicitur de citrino: quandoque dicitur de colore zinario vel ziniar ideſt colore heruginoſo: ⁊ propter illud nominant quedam colorem ſulfuris colorem viridem. Nocumentum vero accidens in corpore quando eſt magnum facit euenire colorem liuidum: quoniam hic color eſt propinquus colori nigro. ⁊ quando eſt paruum: facit accidere colorem citrinum aut viridem: ⁊ propter illud ſcripſerunt quidam alij hunc ſermonem ſecundum hanc ſimilitudinem. nam vulcus illud fit ante mortem eius ſiccum cum citrinitate: ⁊ ſcripſerunt ipſum quidam alij ſecundum hunc modum: nam vlcus fit ante eius mortem ſiccum cum viriditate. 26

Cuicunq; membro determinata vtꝰ ieſt q̃ſita ē eiꝰ ꝓpa ꝙ n̄ alij

Dē nocumētū cerebri ſignuȝ eſt malū.

Coloris viridis ſpēs ſi citrinus zinariꝰ heruginoſus et ſulphureus.

Motus manuū .s. earū opatio quā ī hꝫ ſmõe dixit accidit ex imaginatiõe ſimili ei ꝙ imaginať ille ī cui⁹ oculis aq̄ cõgregať: ⁊ eſtiat ꝙ res q̄s videt iter hūiditatē grãdineā ⁊ tunicā corneā: q̄ coopit pupillā ſunt deforis: q̄ñ ꝯſueuit hora ſanitatis ſue videre res ī aere corā oculis ſuis: ſimile ēt huic ivenim⁹ bis accidere: q̄s dixit hy. ī ſe. acutis ⁊ piplemonia: ⁊ ī phreneſi: ⁊ dolor capitis: qd ē: quia eſtimāt ipſi videre res deforis ⁊ ipſe nõ ſūt niſi itra oculos ipſor. Jā. n. oñdim⁹ ꝙ lumē viſibile lucidū ē ſimile hūiditati ſbtili clare ſimili valde albugini oui: qua ſit iuuamētū ī cuſtodia oculi a nocumētis: q̄ accidūt ī eo ꝑ ſe: ⁊ q2 hoc lumen viſibile penetrat ex pupilla oculi ēt ad aerē extrinſecū: cū q̄ cõtinuatur lumē viſibile in hac hūiditate: ⁊ oñdi ēt ī ſmone meo de viſu ꝙ aer lucid⁹ cū q̄ cõtinuať: hꝫ lumē viſibile ſtat loco inſtrī nãlis cuius virtus ē ſimilis virtuti nerui ī corpor: ⁊ illud ē ī tractatu meo. xiij. libri mei de demõſtratiõe: ⁊ ī tractatu. vij. libri nři in ſentētijs ⁊ ſūmis hy. ⁊ Platonis. Et ſui locutus ī illo ēt ſmonem longū in tractatu. x. libri mei de iuuamēto mēbrorū ⁊ ſicut ſenſu cerebri q̄ ſentit dolorē accidētē ī digitis vbi gratia ſit mediatione nerui inter ea: ſic ēt eius ſenſus quo ſentit res viſibiles: que ſunt deforis vel ex: ſit aere mediante q̄ñ ē longitudo illarū rerū ab eo longitudo equalis Aqua ergo que aggregatur in oculo ſtat ī hac hūiditate effuſa inter hāc hūiditatē grandineam ⁊ inter pupillā de qua dixi: q2 ſimilis ē albugini oui. Rerū autē ꝑꝑ quas imaginãtur plurib⁹ eorū qbus accidit faſtidiū res ſimiles rebus que accidūt ei ī oculis cuius aggregať qua euētus etiā ē in hac humiditate: qd ē q2 locus ī quo occurrit lumē viſibile hūiditati groſſe aut nigre q̄ ꝓhibet ipſum penetrař exterius eſt in quo imaginatur exterius ſm nãm illius humiditatis ſtãtis in facie illius luminis viſibilis. fortaſſe. n. qd videt corãm oculo ſimile capillo: aut filis: aut villis veſtimētorū ⁊ fortaſſe extimat hō ꝙ voluit corā oculis ſuis ſimile cimicib⁹: aut muſcis: paruis ⁊ fortaſſe ē qd videt ſimile lenti aut grano milij nigri. Simile ḡ huic accidit ī febrib⁹ acutis: ⁊ piplemonia: q̄ñ eleuãtur ad caput vapores ex hūiditatib⁹ q̄ ſunt ī corpore: ⁊ turbãt hūiditatē clarã: q̄ ē ī pupilla qd ē q2 infirmi imaginãť tūc res illas q̄s ꝑdixim⁹. Jn dolore vō capitis vehemēti ⁊ phreneſi: q̄ñ caput plenū ē hūiditatibus q̄ñ ꝑuenit aliqd illor hūor ad oculū: ē cā euēt⁹ illor accidētiū: quor ꝑceſſit remẽoratio: ⁊ non deri

Manuū mobilitatis ſigna ſic ꝑnotabis: ī febre acuta: ī piplemonia ⁊ ī phreneſi nõ vera: ⁊ ī capitis dolore ſi manus ad faciē tulerit tãꝗ glibet poſiturus vel q̄ſi collecturus aliqd hac illac q̄ſierit: vel vō veſtibus q̄ſi pilos euulſerit vel q̄ſi feſtucas de pariete decerpſerit peſſimum eſt ⁊ mortale.

De eſſe aūt motus manuū hoc ē qd te ſcire oz ꝙ ipſe ī febribus acutis ⁊ piplemonia ⁊ in phreneſi ⁊ in dolor capitis quãdo ſūt mote verſus faciē: q̄ſi veniēť cū eis aliqd: aut colligat ſurculos: aut euellat cū eis de pannis villos: aut auferat cū eis de pariete aliqd: tūc totū illud eſt malum ⁊ mortale.

Viſo non ſit ꝑ intus ſuſceptõnē ſꝫ ꝑ extemiſſionē.

Nõ cā ſmobilitaꝫ man⁹ in acut egritudinibus.

uãt neqꝫ determinãt oēs medici noīa que dicunt ī habentibus phreneſim. .s. collectionē feſtucarū ⁊ euulſionē villorū: niſi ex hꝫ antecedēte: qd ē q2 mlti eor qb⁹ accidit hac imaginatio narrauerūt eam nobis in hora euentus eius ⁊ ī fine ipſius. Genera aūt eius ſunt duo: qd ē q2 ex hoib⁹ eſt ī quo ipſius ꝑmiſceť rõ ex illis rebus quas imaginatur: ⁊ eſt eius vtus q̄ ipſe experitur res ſana: ⁊ ex eis eſt cuius ratio ē fixa fortis: ⁊ vtuti eius qua ipſe experiť res ſana: ⁊ ex eis ē cui⁹ rõ ē fixa fortꝫ ⁊ virtuti eius qua ipſe experitur res accidit iam quoddam nocumētum: quare inuenimus eum propter illud fixū patientem ad reſiſtēdū infirmitati accidenti: ⁊ eſt vincens eam. ⁊ q̄dã eorum intelligit illd qd accidit ei. Et nos qdē fecimus ſtare illuꝫ qui erat ita ſuper imaginationē: que prouocauit eum ad hoc vt remoueret manus ſuas: ſicut dixit hy. ⁊ dixit ꝙ ipſe eſtimabat ꝙ in pannis ſuis eſſent villi: aut in radicibus pictis: quas videbat paleas: ⁊ multotiens dixit: q2 eſtimabat ꝙ ſuper lectum ei⁹ eſſent feſtuce: ⁊ ꝙ volerent coram oculis ſuis genera animaliū ꝑuorum: ⁊ ꝙ ipſe conabať venari ea: quare mouebat man⁹: vt caperet ea. Res vō q̄s eſtimabat eē ī pãnis ⁊ pariete conabatur colligere. Neceſſario igitur fiunt egritudines quibus accidunt illa accidentia egritudines male quia in febre acuta: ⁊ periplemonia: ⁊ dolore capitis non fiunt iſta accidentia niſi propter magnitudinem earum. in phreneſi vero propter nobilitatem membri cui accidit nocumentum ex infirmitate: quod eſt: quia phreneſis eſt pernicioſa in omni genere ſuo: infirmi autem pernicies ex febribus ⁊ periplemonia ⁊ dolore capitis non ē niſi ꝑꝑ magnitudinē earū: aut incenſionē. 27

Habētib⁹ mentē ſanā ⁊ imaginatiuā leſam aut vtraſqꝫ leſas ſpūt talia cõtingere.

Phreneſis in oī ſuo genere ꝑnicioſa eē di.

Spiritus ſi freq̄ns ſit ſignificat dolorē ⁊ ſucceſſionē ī hiis q̄ ſūt ſup diaphragma. Quod ſi magnus ⁊ cū itermiſſione: ſignificat alienationē: ⁊ ſi idē ꝑ os ⁊ nares frigidus exierit: mortale eſt.

Spiritus aūt quãdo ē freq̄ns ſignificat dolorē aut īcēſionē caloris ī hiis: q̄ ſūt ſup diaphragma locis: ⁊ quãdo ē magnus: deīde ē iter ſpaciū lõgū: ⁊ ſignificat ꝑmixtionē rõis: ⁊ q̄ñ egrediť ex naribus ⁊ ore frigidus: ē ꝑnitioſus valde

Spiritus vero: bõus cognoſcit ordie ſuo ꝑpo: ⁊ hꝫ euidētē ſalutis oſtēſionē ī acuta egritudie: q̄ cū febre ē cuius terminus ē in quadraginta diebus.

Iam expoſui ſermonem hunc expõne completa in tractatu ſecundo libri mei de malicia anhelitus ⁊ ſimiliter ego ſum narrans in hac hora plurimū eius quod dixi illic. Dico ergo ꝙ hypo. intellexit per ſermonem ſuum in hoc loco. Spūs anhelitum dico ergo ꝙ anhelitus frequens fortaſſe ſignificat dolorem fortaſſis ſignificat inflammationem in membris que ſunt in pectore: ⁊ ſunt cor ⁊ pulmo quorum locus ſuper diaphragma. Et ego quidem iam oſtendi ꝙ anhelitus in hora doloris eſt paruus: frequens: ſed apud inflammationem eſt magnus: frequens autem anhelitus aliqñ ſequr ⁊ eſt ille q eſt inter ſpacium longum ſi fuerit magnus ſignificat permixtionem: ⁊ ſi fuerit paruus ſignificat extinctionem caliditatis innate. Uerum hypo. ſignificauit hanc cauſam in ſermone ſuo ſcilicet. Et quando egreditur ex naribus ex ore exiſtens frigidus: tunc eſt pernicioſus valde ⁊: ego quidem iam oſtendi in tractatu ſecundo libri mei de malicia anhelitus ꝙ hypo. non dixit: in libro pronoſticationis. niſi has ſpecies tantum ex ſpēbus malicie anhelitus quoniam ſermo eius non eſt niſi in egritudinibus acutis ī libro aūt ſuo q̄ nominať epidimie dixit ſpēs alias ex ſpēb⁹ malicie anhelitus: q̄ ſunt ꝑter has ſpēs anhelitus. 28

Anhelitus in ora doloris ē ꝑuus ⁊ freq̄ns ſꝫ apud inflãmationem magnus.

Sippo: nominauit anhelitũ naturalẽ bonitatẽ an
helituſ: ⁊ ſignificat illud qđ i corde: pectore: ⁊ pul
mone: ⁊ diaphragmate non eſt cã doloroſa: ⁊ mẽ
bra ēt q̃ cõtinuãtur cũ iſtis mẽbris: qñ in eis ē apã calidũ
aut cã doloroſa dolẽt apud motũ eox in anhelitu ſine iſtiſ
mẽbris: ⁊ ſt ſtomachus. ſplen: ⁊ epar. Cũ g nõ ē i aliquo
iſtox mẽbrox egritudo
aut ſupflua caliditas:
ita q eſtimet īfirm⁹ q
corp⁹ eius aduraẗ ne
qʒ cooꝑiat ipm frigus
ita vt nõ ſecureẗ calidi
tas inata qn extinguaẗ
tũc neceſſario magnifi
caẗ ſpẽs in egritudini
bus acutis: q eger ſal
uabiẗ ⁊ ſubleuatur ex
egeritudine ſua: qñ ti
mor nõ accidit i egritu
dinib⁹ acutis niſi aut pp
magnitudinẽ egritudi
nis ⁊ febris: aut pp apã
qđ appropriaẗ no͞e in
flãmati: ⁊ appellãẗ no
mine ppo iſlãmatio: qđ
ē: q2 i chronicis egritu
dinib⁹ ⁊ ſi nõ accidat ali
qđ hox accñtiũ: verũtñ
cautela ⁊ timor accidũt
i eis qñ nõ fit ſecuritaſ
ſup vtutẽ: qn timeat ⁊
cadat lõgitudinẽ ſpacij
⁊ pp illud dimiſit hy.

*Magnitudo egritudinis i acutis casus v̄tutis ex lõgitudie ſpacij i cronicis timetur.*

De eſſe autẽ boni
tatis anhelitus:
oz te ſcire q cum
eo ē virtus magna i ſigni
ficatiõibuſ ſalutis i oibuſ
egritudinibus acutis que
ſũt cũ febre ⁊ in qbus ve
nit criſis in quadraginta
diebus.

Sudor bõuſ ⁊ lau
dabilis ē i oi acu
ta egritudie: q in
cretica die fit: ⁊ egrũ libe
rat. Eſt ãt bõuſ q fit i toto
corpor̄: ⁊ eger ex eo ſuaui
or ⁊ fortior efficitur. Qui
vero nihil hox fecerit: is
ē inutiliſ. Frigidus ãt ma
lus peior ſi in ceruice: ⁊ i
capite ſolo q qdẽ i acuta
febre ſignificat mortẽ: cuʒ

rememorat̄ ꝑm eas in h libro: ſʒ poſuit iudiciũ ſuũ i eo in
acutis egritudinib⁹ tm̃. Et q2 genera egritudinũ acutar̄ ſit
duo q̃rũ vnũ ē egritudinũ q̃ dicũt̄ acute ꝑmone abſoluto
⁊ ꝑm egritudinũ q̃ dicũt̄ tropice: ſignificauit hy. i ꝑmone
ſuo. ſ. Egritudines acute. ſ. q̃ ſit cũ febre: ⁊ i qb⁹ venit criſis
in .xl. dieb⁹: Hec duo genera ſimul declarauit g hy. ꝑmõe
ſuo. ſ. cũ febre: differẽtiã int̄ iſtas egritudies: ⁊ int̄ ſpaſmũ
⁊ ſtomachiã: ⁊ colicã paſſionẽ: ⁊ egritudies reliquas acutas
cũ qb⁹ nõ ē febris: ⁊ i ꝑmõe ſuo. ſ. ⁊ euenit criſis i eis i. xl.
dieb⁹: q2 oz vt numeret̄ cũ egritudinib⁹ acutis: q̃ dicunt̄
acute ꝑmone abſoluto egritudies q̃ dicũt̄ tropice. Et euẽ
t⁹ qdẽ hax egritudinũ ē qñ infirmat̄ homo i pncipio egri
tudinis ſue egritudine acuta: deinde aduenit ei criſis in
die q̃rtadecima aut añ ipm: ⁊ nõ ſoluit̄ p eã egritudo eius
ſolutiõe cõpleta: q̃re remanẽt ex ea relique q̃ extẽdũtur vſqʒ
ad dies .xl. qđ ē: q2 euẽtus criſiũ q̃ nõ ſunt cum complem
to ſui: non eſt in his egritudinibus tantũ: ſed accidit etiaʒ
in multis egritudinum chronicarũ ⁊ proprie in arefactiõe
⁊ febre quartana: ⁊ in aggregatiõe ſaniei in pectore ⁊ ptiſi.
verũtñ hy. dimiſit iterũ dicere has egritudines in ſermo
ne ſuo iſto. quod eſt: q2 dixit q bonitas anhelitus ē ſignifi
catio laudabilis valde in egritudinibus que dicũtur acute
ꝑmõe abſoluto: ⁊ cũ eis ē febris ⁊ ſit egritudies q̃ extẽdũt
vſqʒ ad dies q̃dragita: ⁊ ſit q̃ nominãt̄ tropice. In reliqs ãt
egritudinib⁹ acut̄: cũ qb⁹ ñ ē febris ⁊ ſit egritudies chroni
ce non dicit illud. Colligit̄ ergo ex hoc ſermone: q ſunt ge
nera ſpacii tpis eox tria quorũ vnum ē egritudinum acu
tarum in quibus venit criſis in .xiiii. diebus. Et ſecundũ
eſt egritudinũ que ſunt prope iſtas. ſ. egritudines chroni
ce. Et genus tertiũ egritudinũ eſt que ſunt medie iter has
duas egritudines: ⁊ ſunt ille in qbus ſtatus dierũ criſis ſt
lx. dies ⁊ non dixit ſermonẽ hũc niſi ad confitendũ illud
quod apparet viſibiliter in curatione egritudinũ: ⁊ q expi
tur illud: ⁊ inquirit de eo in medicaminibus egrox: ⁊ ſcit
q res in eo eſt ſicut narraui. Qui autem dicit q hy. volu
it per ſermone ſuum q in egritudinibus acutis venit cri
ſis in .xiiii. diebus numeratione dierũ criſis in eis: nõ ſcit
illud quod oz eum ſcire: nec intelligit etiam hy. dictionez

*Nõ q egritudines tropice debent numerari cũ egritudib⁹ acutiſ ꝑmone abſoluto.*

*Que ſint egritudies tropice.*

*Increpat illos q dicũt acutas egritudines in*

quod eſt: q2 ſi per ſermonem ſuuʒ q in egritudini
bus acutis venit criſis in .xiiii. diebus non dixit
niſi vt enunciaret ⁊ numeraret numerũ dieruʒ cri
ſis quis eſt tunc ſermo eius: ⁊ venit criſis in eis
in .lx. diebus: in eis non ſignificat niſi numerum
dierum criſis. Qui ergo voluit hanc ſententiaʒ. ſ.

*xiiii. dieb⁹ iudicari eē itelligẽdũ d. xiiii. dieb⁹ creticis.*

lenta vero prolixitatẽ ſi
gnificat egritudinis.

De ſudor̄ ãt q me
lior ē i oibus egri
tudinibus acutis
ē q fit i aliquo diex criſis
⁊ euadit p ipʒ ille cuius ē
a febre euaſiõe itegra. Et
laudaẗ ēt q ex eo ē i corpo
re toto ⁊ fit īfirmus p ipʒ
ad tolerãdã egritudinem
ſuã facilior: q ãt ſudor ni
hil eox q̃ diximus facit:
nõ fit iuuamñtũ p ipʒ. De
terior ãt ſudor ē q ē frigi
dus: poſtea q eſt i capite ⁊
ceruice tm̃. Iſte .n. ſudor
cũ ē cũ febre acuta ſignifi
cat mortẽ ⁊ quãdo ē cũ fe
bre lenior ⁊ qetior ſignifi
cat lõgitudinẽ egritudis.

q dies in qbuſ
venit criſis vſ
qʒ ad dies .xl. ſt
xiiii. dies. Dicẽ
etiã d dies in q
bus venit criſiſ
in iſtis egritudi
nibus quas di
xi in hoc ſermo
ne: ſunt quadra
ginta dies. 29

In ſer
mone q
dẽ i me
liore ſudor̄ q eſt:
duas narrauit
hy. ex ſignifica
tionibus eius:
⁊ dimiſit reme
morari ſignifi
cationẽ tertiam
qñ eius euent⁹
ſequitur neceſſa
rio: quod ē quia
ſudoris qui fit i
aliquo dierum
criſis: ⁊ euadit

*Tres cõditiões melioriſ ſudoris q i egritudie repiãtur.*

per ipſum infirmus: perfecte ſit euentus per ipſuʒ
proculdubio in toto corpore. In ſermone ſuo in ſu
dore laudabili qui non eſt in ſummo bonitatis di
xit: quia accidit in corpore toto: ⁊ alleuiat ex infirmi
tate: ⁊ dimiſit rememorari de diebus criſis: quo
niam illud iterum ſequitur neceſſario ſudoreʒ lau
dabilem: quod eſt: quia ſudoris qui fit in toto cor
pore ⁊ alleuiat ex egritudine euentus fit proculdu
bio in aliquo dierum criſis. Et hec eſt ſpecies alia
ex ſpeciebus ſudoris: ⁊ eius malicia eſt parua: ⁊
eſt ille in quo dixit ſcilicet. Sudor autem qui nihil
illorum facit: non confert: innuit ergo hypo. per
ſermonem ſuuʒ i illo: q ſudor qui fit in toto corpo
re eſt ille quo infirmus peruenit ad hoc vt faciliuſ
tolleret egritudinem ſuam: ⁊ ille quidem ſudor eſt
ſecundum duos modos: quod eſt quia aut facit ac
cidere hec duo iuuamenta que diximus: aut vnuʒ
eorum: ⁊ qui ex eis vtriſqʒ eſt minoris malicie:
eſt: quia facit accidere hec duo iuuamenta. Et hic
quidem ſudor iterum diuiditur in duas diuiſio
nes: quarum vna eſt que facit accidere iuuamen
tum primum: ⁊ ſecunda facit accidere iuuamen
tum ſecundum: ⁊ melior quidem eorum vtrunqʒ
eſt ſudor: quo fit infirmus facilius tolerans egri
tudinem ſuam q̃uis non fiat in corpore toto.
Ille vero qui non facit accidere illud: ſed addit in
prauitate egritudinis eſt deterior vtrorunqʒ: q̃
uis fiat in corpore toto ⁊ omnes iſte ſpecies ſudo
ris ſunt calide: ⁊ propter illud non dixit hypo. in
aliqua earum quia eſt calida: quoniam de conſue
tudine eius eſt: vt dimittat dicere res que con
ſequuntur neceſſario: ⁊ que intelliguntur ex con
trarijs ſuis. Et hypo. quidem: poſuit pro
pe omnes iſtas ſpecies ſudorem frigidum loqui
tur ergo hac dictione. Et deterior ſudor quidem
etiam eſt qui eſt frigidus: ⁊ dicit iterum de ſudore
qui fit in capite ⁊ ceruice: q2 eſt malus q đ ē qa iſte
due ſpẽs ſudoris indicant ſyncopim: ⁊ ſic ſudor ē

*Nõ h diuiſionẽ vnã ſudoris.*

*De cõſuetudie hy. ē omittere ea q̃ cõſequũt̄ neceſſario ⁊ itelligũt̄ ex c̃trijs.*

frigidus: ⁊ eſt i capite ⁊ ceruice tm̃. tūc ē deterior oībus ſpēbus ſudoris. qđ eſt: q: nō indicat euentū ſincopis: ſed q: iam euenerit: ⁊ pone diſcretionem tuā illius ex prauitate febris: nā ſi fuerit acuta: tūc pculdubio accidet ab vnaquaqꝫ harū duarū ſpērū ſudoris. ſ. frigidi: ꝙuis ſit i toto corpe: ⁊ illius q ſit in capite ⁊ ceruice ꝙuis ſit calidus: ⁊ ſi febris fuerit qeta ⁊ trāquilla: poſſibile ē in qbuſdā horis vt poſſit vt⁹ digerer hūores i lōgitudine tpis qñ nō antecedit ⁊ timet ex vehementia febris. In diebus āt criſis ñ dixit aliqd in ſmone ſuo in ſpēbus ſudoris q̃s diximus in fine eius: ꝙuis iā dixerit illud i pricipio ſermonis ſui in oratiōe de melioribus ſpēbus ſudoris: ⁊ nō facit illud niſi qm̃ de ſnīa eius ē vt narret dies criſis eius in ſmone ppo: ⁊ ipē dixit iā illud i hoc ſmone quoniam vna virtutum earum eſt vt verificet eſſe criſis ſi eſt ad ſanitatē vel ſi eſt ad ſanitatē vel ſi eſt ad mortem. Et oportet vt ſcias ꝙ finem huius ſmonis ſcripſit mihi Diaſcorides ſecūdū hunc modū. Et deterior qdē ex ſudorē ē q ē frigid⁹ ⁊ ē in capite ⁊ ceruice tm̃: qm̃ iſte due ſpecies ⁊ ſpēbus ſudoris ſignificāt aut mortē: aut lōgitudinē egritudinis ⁊ māifeſtū ē ꝙ hec ſcriptura ē breuior quam ſcriptura quam ſcripſimus in eiſque ſunt premiſſa: ſed quod intelligiť ex ea ē illud idē qđ intelligit ex illa: ⁊ nō eſt neceſſariū expoſitori: niſi vt addat ei qđ inueniť additū i ſcriptura pma. ſcꝫ. Sermo ei⁹ qm̃ ſudor q ē frid⁹ cū febre acuta ſignificat mortē: ⁊ qñ ē cū febre leniori ⁊ qetiori indicat longitudinē egritudinis: ⁊ inueniunť i qbuſdaꝫ ſcripturis ſcripti ſucceſſiōe huius ſmonis ſmones alij i ſudore ⁊ bñ fecerūt illi q eiecerūt eos ſꝫ qipi ñ ſi hy. ſic archamides: ⁊ diaſcorides: ⁊ alij multi. 30

Cā q̄re ſudor frigid⁹ i capite ceruice tantū oibus alijs deterior ſit

In hypocōdriis ſi ſine dolorē fuerit ſi molles: ſi bene cōpoſite: hinc ⁊ inde bonū erit. Si vero frnentes: aut dolētes: vel quodam ſpaſmo diſtēte: aut interſe diſſimiles: i his cōſiderandum eſt.

Eius vero q ē ſub hypocōdriūs meliori diſpōnū ē vt ſit ſaluū a dolore: lene eq̃le: a latere dextro: ⁊ ſiniſtro. Quādo vero iflammatū ē: aut doloroſū: aut tēſuꝫ: aut latus eius dextrū ē diuerſuꝫ a lateř eiuſ ſiniſtro: tūc totū illud oꝫ vt caueatur.

Si n. i aliqua carū pulſus fuerit anguſtiaꝫ vel alienationem ſignificat.

Quod ſi fuerit in hoc loco etiam q eſt ſub hypocondriis pulſatio ſignificat agitationem aut permixtionem rationis.

Hypo. aſſumpſit ſignificationes ſignificantes egeſtionem laudabilē ex ſubſtantia eius ⁊ ipius quātitate: ⁊ ex hora ipſius exitus. Significationes āt ſignificātes egeſtionē illaudabilē nō inuenimus eū ſumpſiſſe ex his tribus tm̄: ſed ex colore ēt ⁊ odore: ⁊ ex voce annexa egreſſioni eius. † Egeſtio autē cuius ſbā eſt naturalis eſt q̄ nō dura in termio lapidis: neqꝫ lenis in termino aque vt fluat ⁊ currat: ſed eſt de lenitate cum diſpoſitione cum qua poſſibile ē vt pmaneat cuꝫ iuncta preter ꝙ fluat ⁊ currat. quantitas vero eius naturalis ē: ꝙ eſt per comparationem ei⁹ qd̄ comeditur. Hora aūt eius exit⁹ naturalis ē hora cū qua currit cōſuetudo infirmi i ſanitate ſua ⁊ oꝫ ēt vt adiūgas ad illud ꝙ dixit: colorem egeſtionis naturalē ⁊ odorē ei⁹: oꝫ enim vt ſint ſm̄ ꝙ fuerūt in hora ſanitatis. verūtamē hy. non narrauit illud quoniā poſſibile ē tibi vt intelligas illud ex ſermone ei⁹. In egeſtione egrediente a diſpōe naturali: quod ē: q2 de ꝯſuetudine eius eſt in rebus multis vt ſignificet eas ex cōtrarijs earū: ⁊ dimittat rememorari eas in nōibus ſuis: ⁊ nō dixit. Et quādo egeſtio fuerit cū hac diſpōe erit iferior pars ventris ſana: niſi cum ipſe ꝯpauerit hāc ꝑtē cū pectore: vt itelligas hic ex ſermone eius iſto ſtomachū ⁊ inteſtinū ieiunū: ei reliqua que ſunt poſt ipꝫ ex inteſtinis: ⁊ nō ē neceſſe ꝑculdubio in aliquo ꝙ occultet quādo eſt egeſtio cū diuerſitate huius diſpōis vt ſignificetur ꝙ diſpō horū membrorū ſit egreſſa a diſpōe naturali. quoniā hypo. non dixit illud. Neqꝫ ēt ē ſmo ſanus: quoniā poſſibile ē ēt vt ſint membra q̄ ſunt i ventre inferiori ſana: ⁊ currant ad ea ex epate: aut ex ſplene res multe vel male mutātes colorē egeſtionis naturalem ⁊ ſbam ipſius ⁊ eius odorē. Et multotiēs addūt ēt in quātitate eius humiditatem que effundunt ad ſtomachū: ⁊ neqꝫ ēt exitus eſt eius in hora ſimili hore q̄ fuit ante illud. † Egeſtio āt q̄ in vltio ē ſimilis egōni naturali non ſignificat ꝙ ptes inferiores ventris ſane ſint tantum. ſicut dixit hypo. ſed q2 non effunditur ad eas ēt ex membris que narrauimus aliqd. Egeſtio āt egrediēs a natura ſignificat fortaſſe ꝙ mēbra q̄ ſunt i ventre tantum ſunt infirma. ⁊ fortaſſe ſignificat: quia effunduntur hec membra ex membris que ſunt ſuper

† Nō conditiōes bone egeſtionis.

† Cōſuetudo hy. fuit ſignificare reꝫ ex ꝯrio ſuo ⁊ dimittere rememoratiōeꝫ eius cum ſuo noie.

† Indicatō ſumpta ab egōe q̄ſi naturali ⁊ nō naturali.

ea humiditates. Et species quidem huius egestionis sunt multe ⁊ diverſe: quoniam epar nō expellit ad ſtomachum ſupfluitates ſuas tātum: ⁊ qđ gnātur in eo ex hūoribus egredientibus a nā: ſed qđ expellit ad ipſuz ſuperfluitates totius corporis. Qđ eſt: qꝛ ſtomachus ptinuatur cū oībus mēbris mediante epate: ⁊ recipit ſupfluitates oīum mēbrorum ipſo mediante. ⁊ fortaſſe quod effundit ad ipſz expellitur a natura ad ipſz quādo vult mūdificare totum corpus: aut aliqđ ex mēbris eius: aut duo mēbra: aut mēbra multa. Et multotiens ē illđ qđ effundiꝛ ad ipſuz ſm vtā accidentis. ⁊ quando ē illud: ſignificat egritudinem in toto corpoꝛ: aut in vno mēbrorum eius: aut i mēbris multis. Oz ergo vt conſideres in mēte tua illud quod narravit hypo. in ſermone ſuo ex neceſſitate huius ſermonis: ⁊ addatur ad illud qđ dixi. 14

Stomachꝰ ꝯtinuatur oībus mēbris ⁊ recipit ſuperfluitates oium membrorū mediante epate.

Res maniſeſta ē in hoc qꝛ egeſtio humectatur: aut qꝛ cibus non penetraꝛ ex ventre ad epar: aut quando effūditur ad ipm ex epate aut ſplene ſuperfluitates: verūtamen poſſibile eſt vt ſit illud laudabile: quoniā epar ⁊ ſplen ⁊ totum corpus mundificatur per ipm. ⁊ non eſt illud illaudabile: niſi quādo eſt ſm ſemitam accidētium. ſ. quando non penetrat cibus ad epar: aut res q̄ effunduntur ad ſtomachuz ab epate: ſignificant diſpoſitionem malam. Et differentia quidē iter diſpōnem primam ⁊ inter hanc diſpōnem eſt: qꝛ cum egeſtione in diſpōne prima non eſt vox. ⁊ hec ēt eſt differentia alia: ⁊ eſt: qꝛ egreſſio egeſtionis non eſt frequens paulatiz: quoniā quod egreditur ſm bone modū non ē aliquid ex accidentibus. Fluxus aūt ventris ſupfluus qui fit raro: multotiens ſignificat criſiz laudabilē ⁊ ſignificat qꝛ natura expellit rē ſuperfluam in quantitate ſua aut in qualitate ſua vt evacuet corpus totū aut aliquod ex membris eius ⁊ mūdificet ipm. Et intelligo p ſermonē meū evōnem: inanitione corpis a nālibus humoribus qui in quātitate ſua multiplicantur. per mūdificationē vo ⁊ fluxum ventris itelligo vacuitatē corporis ab hūoribus i egredītibus qualitate ſua a natura. ⁊ conſequūtur hanc egeſtionē nocumenta alia: que dixit hypo. in hoc ſermone ſuo. qđ eſt: qꝛ quādo ē illđ donec accidat iſirmo laſſitudo ex multitudine ſurgendi ⁊ cū conſuetudine eius: accidunt ei vigilie ⁊ qꝛ ipſe vitupat etiaz ⁊ egeſtionē que fit cū multitudine freqnti: non eſt niſi pptera qꝛ deiicit ipſa ⁊ mollificat virtūtez: qm̄ q̄uis raro accidat vt laudatꝛ huiuſmodi egeſtio. verūtamē caſus virtutis hic annexus ei ē illaudabilis. ſicut fluxus nariuz accidens ſm viā criſis egrediēs i quātitate ſua ab eq̄litate. 15

Nō cauſas quare egeſtio eſt liquida.

Dria inter evōnez ⁊ mundificationem.

quando ē cum hac diſpoſitione: ē pars inferior ventris ſana.

Liquida bona ē ſi ſine ſonitu vētoſo fuerit: nec ſordiate manaverit. Si. n. frequēter manat: egrum maximo labore ac vigiliis afficit: ⁊ in defectū adducit.

Et ſi egeſtio fuerit ſubtilis: tūc laudatꝛ ex ea ne cū ea ſit vox ⁊ ne ſit egreſſio eius freqns paulatim. quod ē: qꝛ quādo illud ē: accidit infirmo laſſitudo ex multitudine ſurgendi ⁊ conſecutione eius accidunt ei vigilie ide: nam exitus rei multe multotiēs nō facit ſecuritatem infirmo de ſyncopi.

Utile ē ſtercus ſecūdum quantitatez ciborum aſſumptorū evenire ⁊ bis vel ter in die: in nocte vero ſemel ⁊ taz luce proxima aut ſolito more contingere.

Verūtamen oz qꝛ ſit egeſtio ſecundum illud quod accidit corpori duabus aut tribus vicibus in die: ⁊ ſemel in nocte ⁊ ſit plurimum eius prope mane: aut ſicut de conſuetudine hominis ē ſurgere.

Utile ē etiam appropinquante iā termino egritudinis idez ſtercus denſari.

Et oportet vt condēſetur egeſtio quando tendit infirmus vel appropiquat verſus criſim.

Et colore ſub citrio fieri: nec inſolidum denſari.

Et oportet vt egeſtio ſit declivis ad citrinitatem aliquātulam: ⁊ non ſit vehementis lenitatis.

Bonum ē etiam ſi lūbricos admixtos habuerit.

Et ex eo quod laudatur etiaz ē vt egre

Iam dixit hyp. hūc ſermonē in qua ſūt pmiſſa ⁊ melius qdē eēt vt poneret ſermonē illū nūc in egōne multa: q̄ ſit ſm ſemitā criſis: ⁊ ē illa quā narravit ante. ⁊ ego qdem ēt vitupo ſermonē eius: oz vt ſit egeſtio duabꝰ aut tribus vicibus in die ⁊ ſemel in nocte: ⁊ reliqua q̄ ipſe ſcripſit poſt illud: qm̄ ſuperfluum eſt neqꝫ fuit neceſſariū dicere illud. qđ ē: qꝛ ſufficit vt diceret. Sicut de conſuetudine ē hois vt ſurgat. Quod āt dixit i fine huius ſermonis ⁊ ē ſermo eius. ſ. Et ſit plurimū eius ppe mane: aut ſicut de cōſuetudine ē hois vt ſurgat invenitꝛ in qbuſdā deſcriptiōibus ſicut ego ſcripſi illud ⁊ in qbuſdā deſcriptionibus invenitꝛ ſine illo: aut ſm hūc modum: ⁊ erit plurimum eius prope mane: ſicut de conſuetudine eſt hominis vt ſurgat: ſꝫ nō eſt dria inter has ſcripturas: qm̄ intentio in eis vtriſqꝫ eſt intentio vna. Et ē qꝛ melior rerū eſt cum q̄ iā currit conſuetudo. 16

Res illa melior ē cū qua currit cōſuetudo.

Non cōdēſatur egō quādo appropinquat infirmus verſus criſiz niſi quādo fuit ſubtilis aquoſa ante illud nō q̄ fuit ſpiſſa dura: ergo ſermo eius in eo eſt cuius egeſtio a principio ſue egritudinis eſt humida. verumtamē hec abbreviatio in ſermone de conſuetudine antiquorū fuit ⁊ proprie hy. ſ. ſignificatio rei ex contrario ſuo: ⁊ dimiſſio rememoratōis eiꝰ cū ſuo noīe. 17

Melius ē ſi ſcripſiſſet hūc ſmonē i principio ſue locutionis de egōne: ita vt eſſet ſermo eis ſm hunc moduz. De egōne quidē laudabilior ē que ē levis cōiuncta ⁊ ē exitus eius in hora exitus eius que fuit in diſpōne ſanitatis: ⁊ eſt quātitas eius p cōparationē eius qđ advenit corpori ⁊ color eius declivis ad citrinitatē: ⁊ nō ē vehemētis lenitatis ſic iā determiavit hꝰ egōnis ⁊ quātitatē eiꝰ ⁊ horā exitꝰ ⁊ q̄litatē eiꝰ ſꝫ. ſ. viſibilē ⁊ odorabilē: ſicut dixi ante ⁊ manifeſtū ē qꝛ color egōnis trahit ad citrinitatem qm̄ colera deſcendens ab epate cōmiſcetur ei: ⁊ illud eſt quando colera q̄ admixta ei eſt: eſt naturalis equalis in quantitate ſua ⁊ qualitate: ⁊ cōveniūt ſuper illud oēs medici. Quoniam quando effunditur ab epate ad ventrem co. egreſſa in qualitate ⁊ quātitate ſua ab equalitate: non eſt color egeſtionis pertinens ad citrinitatem. Sz eſt citrinus purus: ⁊ quando non effunditur ad inteſtina colera: ſicut illud quod accidit ei qui habet icteritiam: tunc color egeſtionis eſt albus. 18

Nō conditōes bone egōis.

Cauſas egeſtionis citrine ⁊ albe.

Non laudatur egeſtio lumbricorum: niſi cum natura ipſa expellit eos inferius cum reliquis ſuperfluitatibꝰ que ſunt in corpore: non quando egrediunt per cauſaz aliam ſm viam accidentis: ⁊ ego quidem iam locutus fui ſcr-

monem longum in rebus que procedunt ſm̄ ſemitaȝ criſis in libro pericriſios. 19

Sermo q̄dē eius vacuus: ꝓpe extenſuȝ plenū eſt: ſȝ pinguis ꝓpe macrū extenuatū ſicut ſignificat dictio prima res retentas in ventre: ⁊ dictio ſecunda ventrē ipȝ ſicut ſi diceret. Quia oȝ in omni egritudine vt ſit venter vacuus: ⁊ ſit corpus ei' pingue: ⁊ nō macrū. 20

diantur cum egeſtione lumbrici quādo appropinquat infirmus verſus criſim.

In omni acuta egritudine ventrem nō vt plenuȝ: ſed vt vacuum tractari: ⁊ non tenueȝ ſed carnoſuȝ inueniri bonū.

Et oportet vt ſit venter in omni egritudine vacuus pinguis.

Aquoſuȝ vero ſterc' ⁊ liquidū: ſiue albū. aut nimis citrinum aut ſpumoſum: malū ē.

Egeſtio autē aquoſa ſubtilis ⁊ alba ⁊ citrina vehemētis citrinitatis ⁊ ſpumoſa: illud totuȝ maluȝ ē.

Iteȝ modicū ⁊ viſcoſuȝ ⁊ lene ſiue albuȝ ſeu citrinū aut ſpumoſum malum.

Et ex egeſtione quideȝ mala ē pauca viſcoſa lenis: ſiue ſit alba ſiue citrina.

Peſſimū āt ē ⁊ mortis ſignū: viſcoſum: nigrū: fetiduȝ: ⁊ viride.

Et ſignificatiua mortis magis hec ē egeſtio nigra: ⁊ pinguis ⁊ fetida: ⁊ viridis.

† Cauſas egeſtionis aq̄ſe ⁊ ſpumoſe.

Egeſtio q̄deȝ aquoſa ſignificat deſtructionē digeſtionis: ſed alba ſignificat ſicut dixi ante ꝙ co. citrina nō deſcendit ab epate ad ptes ſtomachi: verū egō vehemētis citrinitatis ſignificat vnā duarū rerum: egeſtionem cui cōmixta ē colera citrina ⁊ multa: aut egeſtionem cui cōmixta eſt colera viridis: vt herugo eris: qđ eſt: q2 hoc nomē qđ dixit hy. ſignificat ſm̄ linguam grecorū hos duos colores ſimul. egō āt ſpūoſa fortaſſe ſignificat permixtionē ventoſitatis vehemētis inflatiue humiditatis cui' ſeparatio ab ea ē difficilis ⁊ fortaſſe ſignificat caliditatē ſuperfluā: qđ ē: q2 nos inuenimus ſpumā euenire exterius ſȝ hūc modum i mari: ꝓpterea ꝙ vēti concutiūt aquā: ſed in ꝓfunditatibus pelagi ꝓꝑ ſuperfluitateȝ caliditatis. 20

Narrauit hy. in hoc ſermone duas ſpēs ex ſpeciebus egeſtionis q̄ ambe ꝑueniūt a liq̄factione corporis. Et nō ē dr̄ia inter vtraſq3: niſi q2 pauca viſcoſa alba ꝑuenit a liq̄factione adipis ſcā a caliditate ignea q̄ non ē vehemētis malicie: ſȝ egō q̄ trahit ad citrinitatē lenis ꝑuenit ex liq̄factiōe adipis. verūtn̄ ei' euēt' eſt aut quoniam caliditas faciens ipm̄ eſt vehemētioris malitie: aut qm̄ adeps liq̄fact' antiqu' ē q iā cōputruerit q̄dā putrefactiōe † Qđ ē: q2 videm' adipes zirbi qm̄ putrefiūt exteri': colorem mutā ita ꝙ vides vtrūq3 viſiōe māifeſta declinare ad citrinitatē. Egeſtionis āt ad viriditatē declinis: ſi viriditas eis fuerit ꝓꝑ admixtionē colere viridis: ⁊ herugo eris eſt ipa: qm̄ iā oſtendimus ꝙ hic ēt color itelligit ex noīe vehemētis citrinitatis: euētus ē a liquefactiōe vehemēti. Et oē q̄dē ꝙ ꝓcedit ex corpore qđ vides lene ē ꝓꝑ vnā duaꝝ ꝓprietatū: aut ꝓpterea ꝙ ipm̄ recipit digeſtionē ſm̄ eq̄litatē: ita ꝙ nō effugit nām ps aliq̄ ex ptibus ei' quā ipſa nō reſoluit: aut ꝓꝑ liq̄factionē vehemētē: ita ꝙ nō ſit ēt i hoc vna ex ptib' māci cui non adueniat cā. † Propter hāc ergo cām ſicut meli' ē in oī q̄ ſit iuuamētuȝ vt ſit eq̄le: ſilr̄ ⁊ oē quod ē malū: ē vehemētioris malitie quando ē eq̄le. quod ē: q2 ꝑmū ſuſcipit opationē nāe cū totalitate ſua: ⁊ ſm̄ ſuſcipit maliciā egritudis cū ſua totalitate. In viſcoſa āt

† Adipes zirbi exterius putrefacti virides fiunt.

† Sic bōa eq̄lia meliora ita mala eq̄lia deteriora.

res manifeſta ē ⁊ expoſita: ꝙ euēt' ei' ē multotiēs quādo vehemētior ſit caliditas rei: ⁊ multiplicant: ⁊ fortaſſe fiunt hūores viſcoſi ꝓꝑ q̄litates cibo2ū. verūtn̄ iſti hūores quādo ꝓcedūt ex corpe nō ē eoꝝ q̄ntitas pauca. Res āt viſcoſa quādo ꝓcedit paulatī ē dr̄ia ꝑme cōuenientis liq̄factiōi pauce. qđ ē: q2 nos inuenim' multoties liq̄factionē vehemētē facientē fluxū vētris ſuperfluuȝ. verūtn̄ illa cui' hec ē diſpoſitio: ē proculdubio fetida. Et ōīa q̄dē iter hūores crudos: ⁊ hāc ē i hoc capitulo tm̄: quod ē † Q2 ex hūoribus crudis nō eſt fetor. 22

Narriū vero ꝓductio neȝ ſignificat egritudinis: neq3 minus ſignū ē mortis ꝙ quod loturā inteſtinorū ꝓfert: aut collerē porrorū ſiue nigrum. Cōtingit ēt colores iſtos ſimul euenire.

Egeſtio āt diuerſorū colorū ſignificat de lōgitudie egritudinis plus ꝙ̄ idicēt ille ſpēs alie: ⁊ nō ē illud quod ſignificat de ꝑditiōe minus ꝙ̄ illud quod ſignificāt ille: ⁊ itelligo ꝑ id egeſtiōeȝ in qua eſt viſcoſitas: ⁊ cuius color trahit ad coloreȝ porri ⁊ que ē nigra: ⁊ fortaſſe egrediūtur iſti colores omnes ſimul ⁊ fortaſſe egreditur vnuſquiſq3 eorum per ſe.

Ventoſitas ſine ſono laudabilior ē: q̄ vero cū ſonitu melior ꝙ̄ illa q̄ intus claudit: ſignificat tamen amenteȝ aut doloreȝ laborāteȝ: niſi ſit voluntarie.

Ventoſitas āt exitus laudabilis eſt cuȝ q̄ nō eſt vox: ⁊ exitus eius quādoq3 cū voce eſt melior: ꝙ̄ eius cōſtrictio vbi eſt ⁊ quādo egreditur cū voce:

† Humores crudi nō ſunt fetidi

Egeſtionis q̄deȝ nigre nigredo ſit ex commixtiōe co. ni. pure. viridis āt ſit ex cōmixtione co. ni. q̄ nō ē pura: ⁊ cui' quātitas eſt pauca. Egō vō pinguis ꝓcedit apud liq̄factionē adipis a caliditate ignea. fetida āt ſignificat putrefactionē i corpe. 23

Egō diuerſorū colorꝫ ſignificat ꝙ in corpe ſt egritudies diuerſe mlī te: q̄ idigēt ſpacio longo donec digeſtionem ſuſcipiant. quod eſt: q2 quādo ſt multe poſſibile ē vt ſit q̄rūdā earū ſpaciū lōgū ꝙ ſi nō fuerit i eis egritudines longe. † Tūc nā ꝓculdubio quādo neceſſe ē ei vt reſiſtat inimicis multis indiget etiam vt acquirat tempus longum in expugnando eos. 24

Ex hoībus ē: ex q̄ egreditur vētoſitas cū ſono ꝓpter ꝙ verecundet. ⁊ ex eis ē q ꝓelegit mortem ſup hanc actionē. ſ. quādo egredit ex iſtis ventoſitas cū voce ⁊ ſono: ⁊ multi q̄dē hoīum ſunt qui vtūtur illo. oȝ ergo vt ponatur illud ex eis ſm̄ vnā duarū diſpōnū: aut vt nō intelligant quod faciunt: aut vehementia doloris cogat eos ad illud abſq3 voluntate ipſorū preter iſtos āt ex illis qui nō inſpiciunt ad illud: nō oȝ vt eſtimet exitus ventoſitatis ab eis cum voce ſignificare rē malā. † Verūtamē melius ē ne ſit exitus eius cum voce: qđ ē: q2 ventoſitas que egreditur cū voce ex ipſis ſignificat ꝓculdubio: aut multitudinem ventoſitatis groſſe vaporoſe: aut ſtricturaȝ inteſtinoꝝ in q̄bus penetrat. Cū ergo nō fuerit vētoſitas multa:

† Nā non pōt multos inimicos expugnare niſi in longo tēpore.

† Cū quaſ melius ſit vētoſitatē ſine voce ē

ꝛ iſta a q̄b⁹ egredit̄ apla: tc̄ erit⁹ vētoſitaſ & abſqꝫ voce.

H ypocrates ſignificauit i hoc loco p̄ apata que ſunt in eis locis q̄ ſunt ſub hypocōdrijs: ꝛ q̄ occultantur i eis apata q̄ noīauit arteculi. i. vn-dimiā. i. mollicie: ꝛ oia apata iſta ſunt groſſitudo ex na turā: ꝛ qū nō ē cum eis caliditas ſunt ventoſa ꝛ ꝓprie ſi fuerint ꝓpqui tpiſ. hy. iā itaqꝫ dixit: q̄ iſta apa ta reſoluūt quā do accidit ven trē rugituſ. Ue rūtamē vox iſta non ſignificat i ventre ventoſi tatē tm̄: ſed q̄ il la vētoſitas ē p̄ mixta humidi tati. Cū ergo e greditur hec vē toſitas inferius aut ſi nō egredi tur: ſꝫ deſcendit ad ptes iferiores ſedant̄ ex vētre duo accidētia q̄ accidūt in eo. ſ. dolor ꝛ groſſitu do. Et ꝓprie ſi euacuat̄ vētoſi tas cū vrina ꝛ e geſtiōe: qm̄ qn̄ accidit huiuſmo di euō nō rema net i ventre ali quid ex ſupflui tatibus. 26

Nota q̄ vētoſitas euacuat cū vrina.

tūc nō ſignificat: niſi q̄ emit tens eam aut eſt cū dolore: aut cum permixtione ratio/ nis niſi fuerit exitus vento ſitatis ab ipſo cum volun/ tate.

D Olor ſub hypocon drijs hāc ꝓprietatē hꝫ ſi recens ꝛ ſine ca lore fuerit: ſi rugitus ſupue/ nerit ꝛ cuꝫ egōne vel vrina eruperit ſoluitur: alioquin ad iferiora tranſmittitur.

A Poſtemata āt que ſunt i eis q̄ ſunt ſub hypocōdrijs: ꝛ que occultātur ex eis qn̄ ſunt ꝓ pinq tpis: ꝛ nō ē in eis iflā matio: rugitus accidēs i illo loco ſoluit̄: ꝛ ꝓprie ſi egredi atur cuꝫ egōne ꝛ vrina. q̄ ſi nō egrediat̄: tunc ꝓpter mu tationē eorū fit. Et quādo qꝫ fit iuuamētū p̄ deſcēſionē eorum ad interiora.

S Icut aū dixi q̄ ſignificatio vehementie v̄tutis principij pri mi: quod oſtendi in libro alio eſſe cerebrum ꝛ debili tas eius ē ex opibus voluntarijs: ſilr̄ ēt inuenim⁹ hyp. aſſumpſiſſe ſignificatiōes vehemētie virtutis alterius ꝛ debilitas eius ex opationib⁹ illius v̄tutis: ꝛ iam q̄ dē narrauit quaſdā harū ſignificationū i eis q̄ p̄miſſa ſunt: ꝛ narrauit quaſdā harū ſignificationū in hoc ſer mone: cuius p̄miſim⁹ rememoratiōeꝫ ꝛ noīauit hāc vir tutē in qua nūc ē ſermo eius v̄tutē mutatiuā. Signi ficatiōes v̄o q̄ ſignificant fortitudinē huius v̄tutis ꝛ ip ſius debilitatē in ſtomacho: ſumūtur ex rebus q̄ egerū tur in oī die. Sed ſignificatiōes ſignificātes vehemē tiā virtutis ꝛ debilitatē ipſius in epate ꝛ venis ſumū tur ex vrina: qḋ ē: q: declarant̄ ex vrina ſignificatiōes manifeſte: quarū q̄dā ſignificāt digōnem certā: ꝛ q̄dā eorū digōnē diminutā: ꝛ quedā digōnem corruptam: ꝛ quedā deſtructionē digōnis: ꝛ ſilr̄ ēt ex eo declarat̄ quod preceſſit ex vētre. ꝛ ſicut iam oſtēſum ē: q: i egōne ſunt ſigna ſignificantia egritudines preter egritudi nes ventris: ſilr̄ ēt apparent i vrinis ſigna ſignificātia i firmitates alias p̄ter infirmitates epatis ꝛ venarum. Primū aūt a quo incipit hy. ſignificare i ſermone ſuo ꝛ qḋ itendit ſunt ſigna ſignificantia digeſtioneꝫ: deide addidit ad illud reliqua ſigna: ꝛ ꝓpter hoc oꝫ vt loqua mur i primis de ſignis q̄ narrauit i primis in hꝫ ſmōe cuius premiſim⁹ rememoratiōnē. Precepit. n. vt cō ſideremus in ſedimīe qḋ in vrina reſidet: an ſit a'bū: lene: equale. an mutet̄: ita vt ſit i q̄buſdā horis ſm̄ q̄ ipſe dixit: ꝛ in q̄buſdam earū cōtrio illius vel ediuerſo illius. ꝛ frequēter accidit in eo illud ita vt mingat ifir mus: verbigratia: Si infirmus mingat in die ſcḋo vrinā non illaudabilē: cūqꝫ fuerit i nocte que ē poſt ip ſa mingat vrinā illaudabilē: deinde mingat ꝛ i mane diei ter tij vrinā laudabilē: cūqꝫ in ſero illius diei fuerit mingat vri nā illaudabilē. ꝛ illud qḋ ſignificat̄ ex huiuſmodi vrina eſt: q̄ q̄dā humores q̄ ſunt in venis receperunt digōnem ꝛ vincit eos natura: ꝛ q̄dā eor̄ nō receperūt digōem. q̄ ſi nō mingat i firmus vrinā indigeſtā in eo q̄ eſt inter vrinas digeſtas: tūc vrina eius ē melior vri narū. nam ſi fuerit i ea ſedimen: tūc oꝫ ꝓculdu bio vt ſit albū lene eq̄ le: ꝛ ſit hec diſpō ei i to to ſpacio egritudinis vſ quequo cōſumat̄: ꝛ ſi n̄ fuerit in ea ſedimen: tc̄ oꝫ ꝓculdubio vt ſit in ea nebula alba. Et oꝫ neceſſario vt ſit color e qualis in vrina in citri nitate: ꝛ ſba eius inter ſubtilitatē aquoſam ꝛ groſſam ſicut vrina aſi ni. Uerūtamē vrinaꝫ in qua nō ē ſedimē mi git ille cuius regimen eſt eq̄le in vltimo ſub tilitatis: ſed vrinā in qua ē ſedimē multum mingit ille cuius regi mē eſt regimen groſſū: vrinā vero in qua ē ſe dimē paucum migit ille cuius regimē eſt re gimen eq̄le: ꝛ ſilr̄ ēt co lor vrine. nā ipſe i egri tudinibus q̄ accidunt a colera: ē declinis ad ci trinitatē. Sꝫ in egri tudinibus que ſunt ab hūoribus crudis ē de cliuis ad albedinem. Et ſilr̄ ſedimē ipm̄ in egritudinibus fa ctis ab humoribus crudis ē multū: ſed in egritudinib⁹ q̄ ſūt a colera: nō ē oīno aut paucū valde. verūtamē ſufficit vt ſit in vrina i egritudinibus iſtis nebula pendēs. Et ſignifico per ſ mone meum: nebulam: rē groſſam albā que eſt in vrina: non in ſupiori pte vaſis: neqꝫ inferiori pte eius: ſed in loco qui ē i ter hec duo: aut medius vere aut decliuis ad ſupiora: aut ad i feriora: ꝛ de conſuetudine q̄dē mea ē vt nominē illud hoc no mine. hy. aūt noīauit ipm̄ nubē que eſt in vrina: ſicut nubes in aere. qḋ eſt: q: nubes vel nebula que ē in vrina ē groſſior ea: ſic nubes q̄ ē i aere ē groſſior aere. ꝛ multotiēs q̄dē dixi q̄ illō qḋ pendet in vrina ē ſile huic. ꝛ ē illud qḋ de cōſuetudine mea nomino nebulam pendentē. Hoc eſt ergo quod oꝫ te diſcere i primis ꝛ memorie cōmendare. In eis v̄o que ſunt poſt: oꝫ vt ponas mentē tuam in his que dixit hypo. quod eſt: q: vrina in qua reſidet ſemper aliquid ſimile ſedimini quod narrauit hypo. ſignificare fiduciam ꝛ ſecuritatem ſcilicet q: in infirmi tate non eſt timor: ꝛ q̄ de aptitudine eius eſt proculdubio vt reſoluatur ſolutione eius poſtquam non redat ꝛ feſtinet etiam ſolutio eius. Et ad ſummum ſi moratur vrina ſecūdū hāc diſpoſitionem in die primo: ꝛ in nocte que eſt poſt ipſum non pertranſibit egritudo periodum primum ex periodis die rum criſis. ꝛ fiet eius perfecta criſis. Et iam oſtenſum ē oſten ſione bona q̄ ſermo hypo. iſte non eſt niſi in febribus quoni am ſignificationes vrine non ſunt ſuper egritudines que ac cidunt in cerebro ꝛ nucha: aut in pul'mone ꝛ pectore preter qḋ cum eis ſit febris: an ſint ſalue cum quibus non ſit malicia velocis criſis: an in eis ſit timor ꝛ ſpacium longum erit per ſignificationes alias. Cauſam autem propter quam ſit me lius ſedimen reſidens in vrina album: iam oſtendi in ſermo ne meo. In ſanie: in fine tractatus primi. 27

Sig. for titudinis ꝛ debilitatis digeſtiue e patis ꝛ ve narū ex vri na ſumūt̄.

Nō mo dū inueſti gādi ſigna vrine dige ſtionem ſi gnificātis

U Rina laudabilis ē q̄ hypoſtaſiꝫ albam ſubſidētē ꝛ equalē ꝛ cōtinuā atqꝫ lenē habebit: ꝛ ſi pmanēs vſqꝫ i criſim erit. Eſt eni fidelis nūcia ſalutis ꝛ ſignificat breuitatē egritu dinis q̄ ſi modo cuꝫ hypo/ ſtaſi p̄dicta: modo ſine fue/ rit: diuturnitatē ſignificat e/ gritudinis: neqꝫ omnino fi/ delis eſt.

E T laudabilior q̄deꝫ vrina ē i qua ē ſuper ſluitas reſidens al/ ba: lenis: equalis in tpe egri tudinis totius vſquequo ve niat in ea criſis: illa eni ſigni/ ficat breuitatē egritudinis. q̄ ſi alteret̄ ita vt quādoqꝫ mingat vrinā purā: ꝛ quan/ doqꝫ reſideat i ea ſupſluitas alba lenis: erit egritudo lon gior: ꝛ ē ſecuritas i ea minus.

Nō qs color ꝛ que ſba oꝫ eſſe in vria hy poſtaſiꝫ bo nam habē te.

Hūores crudi vri nam deal bant ſedi men vero multipli cant.

Sa prio die vſqꝫ ad quartum a parebit ſe dimem lau dabile i vri na criſis ſi tranſibitſe ptimum.

Coloꝛ vrine de cliuis ad rubedinem quando currit aq̄ſitas ſanguinis cum ea ſignificat illud multitudinē ſanguinis q nō eſt recte digōnis: ⁊ ꝓpter hoc cum vincens in coꝛpe eſt qui magis iuuatiuus ē ex humoꝛibus fit ꝙ i egritudine ꝓpter illam cām non ē timoꝛ. Et quādo vrina de cliuis ad rubedinē ē aquoſa ſignificat ꝙ īdiget digōne: ⁊ qñ digeſtio indiget ſpacio tpis donec ꝯpleatur iterū neceſſarium eſt vt ſignificet hec vrina ꝙ cōſūptio egritudinis tardat plus q̄ꝫ egritudis prime in qua reſidet i vrina ſedimē albū. 28

Indicatio ſumpta ab vrīa rubea cū hypoſtaſi: ⁊ ab vrina rubea aquoſa.

Urina rubea nimis cū ſua ſimili hypoſtaſi: egritudinē magis ſupioꝛibus diuturnā dicit: ē tamē nūcia certa ⁊ fidelis ſperande ſalutis.

Quod ſi vrīa trāſierit ad rubedinē nimiam ⁊ ſupfluitas i ea reſidēs fuerit cū illo albi coloꝛis lēis erit egritudo lōgioꝛis ſpacij q̄ pria ſed erit ſalua valde.

Sed ſi eiuſdē hypoſtaſis furfurea fuerit mala ē: peſſima ꝟo ſq̄moſa: alba āt ⁊ ligda ⁊ lenis: mala peioꝛ tamen que dicta ē furfurea.

Et qñ ſupfluitas reſidēs i vrina ē ſimilis groſſis ptibus ſimile oꝛdei tūc ipa ē mala: ⁊ deterioꝛ ē ea q̄ ē ſimilis petalis ⁊ q̄ ē ſubtilis alba ē mala valde: ⁊ deterioꝛ eſt ea que eſt ſimilis furfuri.

Nebula pēdēs in vrina ſi alba bona ē: nigra vero mala.

Nebula pēdēs i vrīa q̄ndo ē alba ē laudabilis: ⁊ quādo ē nigra: illaudabilis eſt.

Cum fuerit vrina citria clara: īdigeſta egritudinē ſignificat.

Et dū vrīa pmāet citria ſubtilis ſubſtantie ſignificat ꝙ egritudo adhuc ē indigeſta.

Timendus ergo eſt infirmi defectus.

Quod ſi cū illo ſpacio ē lōgitudo: tūc nō fit ſecuritas vt rēancat īfirmus vſq̄ quo digeratur egritudo.

Groſſa ſimulagina que remanēt in ſimula oꝛdei qñ quaſſat ⁊ cribellat: ⁊ ſt illa cuius mollitio refugit molā. Cū ergo videris in vrina ſedimē ſimile iſtis fruſtris: tūc ſcias ꝙ illud ē ſignificatio mala. qđ eſt: q: groſſum in ſimula ē qđ ex ea nō eſt molitū mollitiōe decēti.

✝ Nō cās hypoſtaſis ſimilagine ⁊ ſquamoſe ſimul.

✝ Illud aūt quod vī in vrina nō ē poſſibile vt ſint ptes cibi que penetrauerūt cū nutrimento ad venas ⁊ ꝑmāſerunt dure aut ſicce. Uerū illud eſt: aut ex aduſtione ⁊ ebulitione ſanguinis groſſi ⁊ ei⁹ decoctione: aut ex liqueſactione carnis liq̄ſactione diuerſa. Et diuerſitas qdem liq̄ſactionis eius ē: qm̄ reſoluunt ptes molles eius humide a caliditate ignea ⁊ fiunt ptes que areſcūt dure: ⁊ exiccantur ſicut quod toꝛrefit ſuper frixoꝛiū .i. ſartaginē.

✝ Nō qđ i febribus p̄mo liq̄facit ⁊ quid ſc̄o ⁊ tertio ⁊ q̄rto ⁊ quīto ⁊c̄.

✝ Quod ē: q: primū qđ liq̄fit in huiuſmodi febribus ē adeps recens nouus: deinde liquefit poſt illū q eſt durioꝛ primo ⁊ antiquioꝛ: deinde poſt illū caro recens mollis: deinde poſt illā caro dura antiqua: deinde poſt illā membra ipſa: ⁊ quādo liquefiunt membra: vides in vrina ptes inequales ſimile petalis ⁊ ꝓpter illud vrina hec in qua reſidet ſimiles petalis valde deterioꝛ eſt q̄ꝫ vrina in qua oſtenduntur ſimilia groſſis ſimule tantum.

✝ Nō cās ſediminis albi ⁊ ſubtilis.

✝ Et nos quidem inuenimus iterū ſpeciem aliam ſediminis ſubtilis ſicut ſpuma in qua non eſt groſſities albi coloꝛis. Et cauſa albedinis coloꝛis eius eſt permixtio aeris accidens ei cum totalitate ſua plus q̄ꝫ ſit cōmixtio eius ei quod eſt groſſum. Euentus autem huius ſediminis ex ventoſitate groſſa que permiſcet ex ſuperfluitatibus humoꝛum: quoꝛum digeſtio non rectificatur permixtione qua difficile ſit ſeparare eam ex eis: ⁊ propter hoc ſedimen eſt diſpoſitio, quā de conſuetudine hy. eſt nominare equalitatem. Et euentus illius eſt: qm̄ ſedimen totum eſt equalium partium: qm̄ quod permixtum coꝛpoꝛi alicui partes eius videntur diuerſe in ſubſtantia ſua ⁊ ſuo coloꝛe.

✝ Cā quare ſedimē diuerſum cuius ptes ſīt parue deteri⁹ ē eo cuius ptes ſīt magne.

✝ Et ſedimen diuerſum cuius partes ſunt diuerſe parue eſt deterius eo cuius partes ſunt magne. quod ē: q: ſedimen diuerſum cuius partes ſunt magne eſt ſignificatō eius ſuper virtutem nature: ſc̄m magnitudinem illius ſubſtātie compoſite ex illis partibus ⁊ rectificatione ⁊ certificatiōe digeſtionis eius. partes autem parue ſignificant ꝙ materia iam vicit naturam ⁊ ſuperauit eam: ⁊ pugna inter vtraſqꝫ eſt quaſi equalis: ergo hec res cōmunicat cum omni ſedimine eq̄li. Superfluitates aut particulares quē ſunt in eo proueniūt a bonitate materiei recipientis digeſtionem: ⁊ malicia eius quod ex ea non eſt digeſtum.

✝ Indicatō ſumpta ab

✝ Et hypo. quidem dixit cum iſtis tribus ſpeciebus ex ſpeciebus ſediminis ſpeciem aliam quartam ſimilem furfuri: ⁊ hec eſt ſpecies eſt deterioꝛ ſpecie tertia. quod ē: q: ſpēs prima ⁊ ſpēs ſc̄a ſignificat ꝙ caliditas febris ē inflāmās ⁊ liq̄faciēs: ⁊ opoꝛtēt ne oꝛdinaret q̄rta: ſed tertia. 29

hypoſtaſis nimis furfuri q̄ ē quarta ſpēs deterioꝛ ttia.

Poſtq̄ꝫ compleuit hy. ſermonem ſuum in ſpeciebus ſediminis reſidentis in vrina: rediit ad ſermonē ſuum i nebula pēdente in ea. Significat ergo ꝑ ſermonem ſuū pendens: quia vult per ipſum coꝛtices pendētes in ea. ⁊ manifeſtum eſt: ꝙ cā in malitia nigredinis ex hoc eſt: qm̄ nigredo accidit: aut propter frigus vehemens: ſicut ſanguis q denigratur quando coagulatur: ⁊ fit pēdens. ⁊ ſicut membra que infrigidantur i vltimo a frigoꝛe: ⁊ conuertitur coꝛ diſpō ad moꝛtē aut propter ſuperfluitatem caliditatis: nā ſanguis quando aduritur denigratur: ⁊ ſimiliter reliqua coꝛpoꝛa: ⁊ illoꝛum ēt qui incedūt tpe longo in ſolo eſtiuo denigratur coloꝛ. 30

✝ De cāis gnāntibus nigredinē in vrina.

Coloꝛ vrine naturalis eſt equalis citrinitatis: quod eſt: q: euentus eius eſt a potibus qui bibuntur poſtq̄ꝫ eis commiſcetur de colera quantitas pauca. cum ergo commixtio colere cum potibus eſt pluſq̄ꝫ opoꝛteat: ſi fuerit qualitas eius foꝛtis videbis coloꝛem vrine igneum ✝ Cumqꝫ vrine huiuſmodi ſubſtantia fuerit tenuis ſignificat ꝙ egritudo nō digeritur. quod eſt: q: opoꝛtet ſicut dixi ꝙ vrina naturalis ſit in coloꝛe ſuo temperata in citrinitate. ⁊ in ſubſtātia ſua equalis: ita vt non ſit ſubtilis ſicut aqua neqꝫ groſſa ſicut vrina aſini ⁊ beſtie: ⁊ ego quidem iaꝫ narraui totū quod neceſſe fuit narrare de natura vrine ⁊ ſpeciebus eius in libꝛo meo de criſi: ⁊ propter hoc opoꝛtet ei qui vere deſiderat ſcientiam pꝛonoſticationis vt tendat ad intelligendum illud ex libꝛo meo de criſi.

✝ Indicatō ſūpta a citrinitate ⁊ ſubtilitate vrine.

✝ Quoniam intentio in expoſitionibus non eſt niſi explanare que occultantur ex ſermone ⁊ exponere ipſuꝫ. Diſcernere autem inter illud quod dicitur: ſc̄m rectitudinem: ⁊ inter illud quod non eſt ita: ⁊ narrare demōſtrationē ſuper vtrūqꝫ ſimul ex ſuperfluitate ē. 31

✝ Expoſitoꝛum eſt explanare occulta aūt ex nā aquo ſa hꝫ inquirere.

Si moꝛatur vrina ſpacio longo pꝛeter ꝙ digeratur vel maturetur: tunc ſuper infirmum inde valde eſt timoꝛ: niſi virtus egritudini reſiſtēs valde ſit foꝛtis. ✝ Et manifeſtum eſt: q: neceſſarium eſt in cognitione illius: ſi memoꝛ es illius quod dictum eſt in libꝛo aphoꝛiſmoꝛum: conſiderare vehementiam virtutis ⁊ cognitionem ſpacij ſuper quod eſt de natura egritudinis moꝛari ⁊ vſquequo recipiat digeſtionem. Cuꝫ igitur ſciueris illud conſiderabis an ſit poſſibile egrum moꝛari vſqꝫ ad hoꝛam ſtatus ſue egritudinis an non. 32

✝ Neceſſarium ē pꝛonoſticarī volentib⁹ foꝛtitudinem vꝛtutis lōgitudineꝫ moꝛbi cōpare.

U Rina aquoſa ē: cuius ſbā ē tenuis ꝛ color ei⁹ alb⁹: ſignificat cruditatē hūoꝝ i fine vltio ꝛ debilitatē vtutis faciētis digōez. In reb⁹ āt fetidis ꝛ reb⁹ nigris iā ſūi locutus in eis q̄ ſt p̄miſſa: ꝛ iſte q̄dē ſiue ſint ſingulares ſiue cū aliis. ſignificāt mortez. Ex eo aūt de quo igrere oꝫ ē de vrina groſſa: an ſignificet mortem ſola ſingularis: an indiget i ſignificādo illud vt ꝑponaꝛ cum vrina quā narrauit añ eā. ſ. nigra. Et ego qdez iā narrās ſum ꝙ vidi ide apud determinationē ꝯſiderationis i ea: ꝛ ꝑſcrutationē i cā illius: vt qñ legeris illud poſſibile ſit tibi vt cognoſcas vitatez ꝛ vtutē i ea: ꝛ eligas meliorē expoſitionē huius ſmonis. Dico ergo ꝙ ego inueni p experimētuz ꝙ vrina nigra quāto pluſ groſſior ē ei⁹ malicia ē fortior. Urine aūt cui⁹ color ē nālis: lz ē groſſa: euētus eius cōuertiꝛ ad vnā duarū rerūz ꝛ ē: qꝛ finis eius cō fortaſſe ad mortē: ꝛ fortaſſe ad ſanitatē q̄ veniet in primo: ſicut iuenit i reb⁹ aliis multis ex reb⁹ q̄ ſt ex nām: cū mūdificātur p eas corpa. Et manifeſtū ē ꝙ noīauit hy. vrinā groſſaz: que ē groſſa valde. Quod ē: qꝛ vrina que dī qꝛ eſt groſſior ſermone abſoluto: nō ſignificat ꝑditionē ſignificatione vltima: 33

† Indicatō ſumpta ab vrina groſſa ꝛ cū colore natrali; ꝛ cū colore nigro.

U Rina mortis ſignificatiua fidelis ꝛ certa ē aquoſa: aut fetens: aut nigra: aut lutoſa.

E T de vrinis magis ſignificātibus mortē ē q̄ ex eis ē aquoſa ꝛ q̄ ē fetida: ꝛ q̄ eſt nigra: ꝛ q̄ eſt groſſa.

I N vtroq; ſexu nigra peſſima ē: ꝛ in pueris vero aquoſa: maluz.

E T deterior vria i viris ꝛ mulieribus eſt nigra: ꝛ i pueris ē aquoſa.

U Rina cruda clara ꝛ diuturna cuz aliis ſignis bōis: certū ē apa futurum ſub diaphragmate.

Q Ui mingit vrinā crudā tenuē ſpacio longo: ſi reliq̄ ſignificatiōes idicāt ꝙ ipe ſaluabiꝛ: tūc oꝫ tibi vt expectes eius exiturā q̄ exibit ei i locis q̄ ſūt iferiora diaphragmate.

C Raſſities vt aranee tela ſupnatāsi vrina vituperanda ē: ſignificat eniz liquari egrum.

E T oꝫ vt vitupeſ craſſitudnē que natat ſuꝑ vrinā ſicut tela aranee: qm̄ ſignificatio hec ſignificat liquefactionem.

R Atōis ē: ꝛ ordinē i nebula nō negligere vtꝝ ſupremū anime diū teneat locum: ſimiliter ꝛ colorez. Que eteni media ē cū predicto colori laudabili laudabilis: ſuprema vero ꝛ nigra vituperabilis.

E T opꝫ vt ꝯſideres de vrinis illā i q̄ ē nebula: an illa nebula ſit i iferiori pte: an in ſupiori pte eius ꝛ cū qbuſ coloribuſ ē. nā q̄ eaꝝ deſcēdit iferius cū coloribus quos dixi putabis de ea ꝙ eſt bona ꝛ laudabilis eam: ꝛ que eaꝝ aſcēdit ſuperius cum coloribus quos dixi: puta de ea ꝙ eſt mala ꝛ vituperes eam.

O Quā rectum fuit qd narrauit hy. in hoc ſermōe. qd ē qꝛ egritudines quas digōnem ſuſcipe ē difficile: ꝛ ſt ille quarū generatio ē ab hūoribus groſſis ꝛ frigidis virtute i ambab⁹ exiſte forti de aptitudine criſis ē vt eueniat eis cū exitura q̄ accidit in corpe. Egritudinū āt quarū generatio ē ab hūoribus calidis ſubtilibus ꝛ aña regularis criſis eſt cum ſolutione vētris. Cum ergo moraꝛ vrina tpe longo preter ꝙ digeratur: tunc oꝫ vt cōſideres virtutem infirmi ꝛ cōtempleris ſi fuerit impoſſibile ei mori nimis ꝑpter longitudinem egritudinis tolerando longitudinē egritudinis ipſius: aut criſis eius erit cum i exitura que venit ei. Uerum diſcretio illius eſt ex reliquis ſignificationibus quod eſt: qꝛ ſi reliq̄ ſignificationes ſignificauerit perditionē tunc illud ſignificatio erit mortis. ꝛ ſi non ſignificauerint rem malaz: tunc illud erit ſignificatio euaſiōis. Exiture autem ſiunt i egritudinibus chronicis i partibus inferioribus corporis: ꝛ cauſa in illo eſt frigus materi ꝛ groſſitudo eius: ꝛ debilitaſ virtutis accidens ex labore ꝛ inquietudine q̄ venit ei ex longitudie ne egritudis. In egritudib⁹ āt acutis exituꝛ veniūt ad latus narium. quod eſt: qꝛ humores in egritudinibus his ſunt minoris groſſitiei. ꝛ caliditas eſt plus ꝛ virtus eſt ſanior. in egritudinibus āt mediis inter iſtas euentus exiturarum quibus fit criſis declinat ad vnum duoꝝ laterū: ꝛ non eſt poſſibile vt dicatur in eis ſm̄ tps ꝙ ip ſe accidunt ſuperius ꝛ inferius. ſed diſcretio illius erit ex reliquis ſignificationibus. 35

† Nō differentiā in terminationem egritudinē acuta ꝛ ꝯ a ꝛ cronicarum.

† Cā quare i egritudinibus cronicis exiture in inferioribus veniant: In acutis aūt in ſuperioribus.

U Rina nigra ꝛ aqſa ſignificat in oībus etatibus ꝑditionē: Uerūtñ ſignificatio vrine nigre ſup illud i etate ſtātiū i iuuētute: ē in gradu pmo: ꝛ ſignificatio aqſe ſup illud in etate pueroꝝ ē i gradu ſcdo: qd ē: qꝛ ego iam dixi i bis q̄ premiſſa ſūt: ꝛ ꝙ res q̄ ſunt in vltio ꝯrietatis reb⁹ nālibus ſunt in vltio ſignificātes ꝑditionē. Sed ꝯrietas vrine nigre ad vrinaz nālem i pueris nō ē ſicut ꝯrietas vrine aqſe i eis. qd ē qꝛ de nā pueroꝝ eſt vt mingat vrinā groſſaz in q̄ ſit ſedimen multū. Stātiū aūt in iuuentute vrina ē tenuis: ꝛ ſedimē qd in ea reſidet: ē paucū ꝛ pp hoc ſit ꝙ vrina nigra in eis ſignificat ꝑditionis finē: ſed in pueris vrina aquoſa ſignificat finē ꝑditionis ꝑpter cām aliam. qd eſt: qꝛ omnes res recipiunt digeſtionem velociter i eis propter vehementiam virtutis imutatiue que eſt in eis. † Et de nā qdem digeſtionis ē vt ingroſſet non vrinā tātum. ſed egeſtionē ēt in eis que recipiunt digeſtionē in ſtomacho: ꝛ ſputū in eo: qſi hꝫ pleureſim aut piplemoniā ꝛ hūiditatē deſcendētem ex naſo in corizā ꝛ lippitudinē opbtalmie: ꝛ ſaniem i vlceribus: ꝛ pp h̄ pueri qñ mingūt vrinā aquoſam: ꝛ ꝑlongaꝛ ſpaciū illius cum eis preter quod mutetur ad groſſitudinem aliqua mutatione ſignificat illud perditionem. 34

† Quanto aliqd rebus nālib⁹ magis ꝯriatur tanto illarum perditionē magis eſt ſignificatiuus.

† De nā q̄dē digōnis ē vt igroſſet non vrinam tm̄ ſꝫ egōeꝫ ēt.

E Uentus craſſiciei ſuper vrinam quā mingit ille cuius diſſoluitur corpus. ꝛ eſt illa in qua hypo. ſinum poſuit ſermonem ſuperius: eſt ſimilis euentui ſuo ſuperius quando infrigidatur. ꝛ hypo. quidem iam cauſam in generatione illius narrauit. 26

Indicatio ſumpta a craſſicie vrine.

S Ignificauit hy. in hoc ſermone ſignificatione manifeſta: ꝙ nominauit nebulam rem groſſam pendentem in vrina quā nominaui i libro meo de criſi: noie deriuato ex nomine caliginis: nebulam: ꝛ iam dixi illud etiam i loco alio. Significat ergo per hoc ꝙ dicit: vnam duarum proprietatum: aut ꝙ hoc nomen ſignificat nomen generis in nebulā diuiſi ꝛ caliginē: aut ꝙ nebula non noīatur aliqua horarum caligo. Qd aūt fiat iuuamētum p oē ꝙ in vrina pendet ſm deſcenſionem eius ad inferiora: iam innui ad illud in eis que premiſſa ſunt in locis: in quibus dixi: qꝛ multotiens cōmiſcetur ei ventoſitas groſſa vaporoſa. Res ergo cuius digeſtio iam rectificata ꝛ certificata eſt: ꝛ diſcreta: ꝛ equato: ꝛ cuius partes ſimilantur eſt: in qua non ventoſitas: quare deſcendit ad inferiora vaſis in quo eſt vrina. illud autem cui permiſceꝛ aer ꝛ vapores: quoniam ad ſuperiora eleuatur: eius eleuatio ꝛ ipſius declinatio in multitudine ꝛ paucitate per cōparationem eius quod facit illud. 37

Nō qd intelligat h̄ nebulam i vrina.

Cā quare nebula in pte iferiori ſit bonum ſignum in pte vero ſuperiori malū.

Hypocrates bene egit i exceptiõe ſua quam fecit modo i ſermone ſuo: vt nos rememorari faceret illud qđ dimittim⁹ diſcernere multotiẽs i egritudine. Et oꝫ qđẽ vt rememoremur hui⁹ exceptõis apud iqſitionẽ noſtrã. ẽt đ eo qđ ꝓcedit ex vẽtre. † Qđ ẽ: q꞉ cõicat iſtis duab⁹ euõnibus ſiľ: ꝙ ipſe euãnt ſupfluitates toti⁹ corpis: ⁊ ſupfluitateſ mẽbrorũ ex qb⁹ euãnt: ⁊ accidit qñ corpis diſpõ eſt diſpõ nãlis vt euacuet ſupfluitatẽ ſuã p vrinã ⁊ euacuet ſupfluitatem vẽtris p egõnẽ. Cum ergo diſpõ ei⁹ ſit diſpõ ꝑter nãm: euãtur: cum vrina aliqđ ex renibuſ vel veſica: qđ ſignificat q꞉ i eis eſt egritudo ⁊ euãtur aliqđ cũ egõne ex toto corpe: qđ ſignificat egritudinẽ q̃ ẽ i ipſo inde ẽ. n. ꝙ tu inuenis multos hoiũ mingere ſaniem. cũ ergo illud ẽ ita: neceſſe ẽ tibi ingrediꝰ de loco ex quo egredit̃ illa ſanies. Siľr ẽt qñ egre diũtur cũ vrina reſ ſiľes petalis. nã ẽt de illo ingſitio ẽ: ſicut ẽ qñ cũ vrina egredit̃ ſanieſ. † Et multotiẽs qđem mingit hõ vrinã fetidã: cui permixta colera multa: ⁊ eſt illud ex renib⁹ ⁊ veſica: ⁊ multotiẽs illđ erit ex toto corpore p virtutẽ digerentẽ hũores corpe hui⁹ vo vtutis minera ⁊ ipſiuſ manatio: ſicut oſtẽdi ẽ ab epate: ⁊ fortaſſe nõ erit i hoc mẽbro egritudo: ſed totũ corp⁹ mundificat̃ p vrinã veſicã: ⁊ renes: ⁊ aliqđ ex mẽbris ei⁹: ita ꝙ effũdunt̃ ſupfluitates q̃ ſt in eo ad venas. Cũ ergo diſcernũt reneſ ſanguinẽ q ẽ in eis: egrediunt̃ ſupfluitates ille cũ aquoſitate ſanguis: ſicut accidit ẽt quãdo in locis multis corporis ſũt exiture: ⁊ euacuant ſanies que egredit̃ ex eis quando rumpũtur cum vrina. 38

† Cõe eſt iſtis duabuſ euõnibus euãre ſupfluitates totius corporis.

† Diuerſitas ꝑtium q̃s idicat vrine diſpoſitio medicũ freq̃nter decipit

Cavendũ ẽ: ne veſice vicio capiaris vt quod ab ea ẽ alienũ diiudices.

Et caue tibi ne te faciat errare veſica: ita vt ſit in ea egritudo ⁊ videas in vrina aliquid inde: illa enim ſignificatio non erit tunc ſuper corpus totũ ſed erit ſuper veſicam ſecundum ipſam ſolam.

Laudabilis ẽ vomitus cui phlegma admixtũ coloribuſ fuerit neq꞉ nimis viſcoſus: quãto vero a ſimplicitate remotior tanto ſuſpectior.

Vomitus magis iuuatiuus cum quo ẽ phlegma permixtũ coloribuſ valde ⁊ nõ ẽ quod vomit̃ ex eo ſpiſſum valde quoniam vomitus quanto plus ẽ propinquior ad hoc vt ſit purus eſt deterior.

Vomitus ſi ſit ſicut ſuccus porri: aut vi

Significauit p ſmonẽ ſuũ iſtũ: rẽ quã noĩauit purã: p ħ ꝙ poſuit ꝓpe ipãꝫ rẽ pmixtã ⁊ ſignificat iterũ ħ nomẽ purũ ꝙ intẽtio q̃ ex eo ſignificat̃ nõ ẽ min⁹ illo. † Qđ ẽ: q꞉ nos dicimus i vino qđ ẽ purũ: aut qñ nõ pmiſcet̃ ei aqua aut qñ pmixtio aq̃ cũ eo ẽ pmixtio pua valde: ⁊ vnũqđq꞉ reliq̃rũ corporũ dicit̃ ꝙ ẽ purũ qñ nõ pmiſcet̃ ei ſba alia: multotiẽſ enĩ vides colerã expelli vomitu: ⁊ ꝓcedit iſerius ⁊ ẽ groſſa rubea clara: ⁊ ẽ illa quã qđã hoĩuꝫ noĩant ſiľeꝫ vitellis ouorum: ⁊ fortaſſe vides eã plus hũidã ⁊ min⁹ rubeã: ⁊ ẽ illa q̃ noĩatur ꝓprie colera citrina ⁊ fortaſſe vides pmixtũ ei phlegma ſubtile aut hũiditatẽ aq̃ſam. † Hypocrati ergo vꝫ ne aliqs hũorꝫ ſit purus: ſed oẽs hũores ſint pmixti ſiľ. qđ ẽ: q꞉ hũor purus q ẽ ex genere co. ſignificat victoriã vehemẽtis caliditatis. phlegma vo purũ ſignificat frigiditatẽ: ⁊ vnuſqſq꞉ horũ duorũ hũorũ ẽt qñ ẽ purus ſimplex: vides eũ groſſiorẽ. qđ ẽ: q꞉ phlegma ꝓp frigiditatẽ ẽ q̃ſi cõgelatũ. ſed illud qđ ẽ ex genere co. ꝓp victoriam ⁊ dominium caliditatis vides quaſi ſit aduſtũ ⁊ finiatur humiditas eius. † Quoniam iſti duo modi ſunt cauſe rerum que ingroſſantur. ſ. caliditas ſuperflua ⁊ frigiditas: quoniam caliditas finit humiditatem ⁊ deſiccat eam: ⁊ frigiditas congelat eam. 36

† Vinum puruꝫ eſſe duob⁹ modis itelligitur.

† Nõ põt eẽ hũor purus i corpe nãlr ſe habente aut i uenis. ſm hypo.

† Caliditas ⁊ frigiditaſ cauſe ſit reruꝫ q̃ igroſſant̃.

In colore qđẽ fuſco ⁊ nigro iaꝫ locutus ſui i eis q̃ pmiſſa ſt. Colorẽ ãt porralẽ dixit hy. in hoc ſuo ſmone. ſed huic colori nõ ẽ nomẽ ꝓprium qđ ſit ei: ⁊ nõ deriuat̃ hoc nomẽ ei niſi ex porro; at vero vides ꝙ porrũ nõ noĩatur ex ħ colore. † Niſi ꝙ iſte color noĩetur ex porro. qđ ẽ: q꞉ deriuatio qbuſdã noĩb⁹ ẽ manifeſta. ita ꝙ poſſibile ẽ tibi vt itelligas differentiã que ẽ inter poſitõeꝫ eorũ poſitiõe ꝓpria: ⁊ iter deriuatũ ex eo ſicut ẽ diſpõſitio in colore lacteo. Et qñq꞉ ſit difficilis in quibuſdã noĩbus cognitõ noĩs poſiti poſitiõe ꝓpria ⁊ noĩs deriuati ex eo: qđ ẽ: q꞉ poſſibile ẽ tibi vt dicas ꝙ color dactilicus nõ noĩatur ex dactilo: ſꝫ dactilus noĩat̃ ex colore dactilico. Siľr ⁊ color niuis. naꝫ cũ non poteſ ſcire: an ex niue denoĩetur an nix ex ħ colore: ⁊ magis etiã cuius color ẽ rubeus clarus. nõ ſcit̃: an ex ea nominet̃ color rubeus clarus ħ noĩe: aut ipſa ex eo. has ergo reſ in hoc libro dixi vice vna. oꝫ ãt vt ſit ſolicitudo tua de eẽ noĩum p id qđ ſit iuuamẽtũ. inde ẽ ꝙ ſit i ſignificatiõe maĩfeſta ſup itentionẽ quã ſignificat: ſolicitudo aũt de eo qđ ẽ pluſ ħ ẽ ex ſupfluitate. Et ꝓp hoc oꝫ tibi ne finias vitã tuã in ipſo. vex melius ẽ vt cõuertas curã tuã ⁊ vitã tuã i ſtudio de eo q̃ ſit iuuamẽtũ: nã ſicut generatur i corpe quãdo ẽ ſꝫ diſpõneꝫ nãleꝫ co. ru. clara ſic ẽt generatur i eo quãdo ẽ diſpõ eius extra nãm genus aliud colere cuius color ẽ colori porri. † Et multotiẽs qđeꝫ generatur hec co. i ſtomacho ꝓp cibos de genere olerũ: quãdo non recipiũt digõeꝫ: ſicut ſicla: cepe: ⁊ porri: ⁊ fortaſſe gnãt̃ i venis ħ co. abſq꞉ iſtis cibis ꝓp aliq̃ꝫ egritudinem: ⁊ effũditur aut ad ſtomachũ: aut ad iteſtina: ⁊ ſignificat illud caliditatẽ i corpe egrediẽtẽ a nã: ⁊ ſupfluitatem cui appropatur in ſua cõplexione: ſicut illud qđ approp̃at hũori q generat̃ ab oleribus q̃ narrauimus. 40

† Colo᷑ porralis noĩatur ex porro nõ habꝫ aliud ꝓprium nomẽ.

† Qđ colera praſſina generatur i ſtõacho aſſerit inueniri autẽ dubitat.

Viridis: aut plumbeuſ aut niger malus eſt.

Quod ſi illud quod expellitur vomitu eſt i colore porri: aut viride: aut fuſcum: aut nigruꝫ: tunc oꝫ vt putet̃ de oĩ quod eſt ex iſtis coloribus: q꞉ eſt malum.

Si oĩbus his ifectuſ fuerit: ẽ nũciuſ mortis: ⁊ infirmus morti ẽ contiguus.

Quod ſi vomat homo vnus oẽs iſtos colores: tunc illud erit mortale valde.

Et quãdo illud qđ vomitu expellitur ẽ viride ⁊ fetiduꝫ: tũc ſignificat illud morteꝫ ſubitam valde.

Omnis odor malus in quocunq꞉ vomitu fuerit: malũ ẽ.

Et oẽs odoreſ fetidi putridi ſunt mali in oĩ quod vomitu expellitur.

Si voluit p ſmonẽ ſuũ oẽs iſtos colores q̃rũ ꝑceſſit rememoratio. ſ. colorẽ porri: ⁊ colorẽ fuſcuꝫ ⁊ colorẽ nigrũ: ⁊ ſi voluit p iſtũ colorẽ aliũ ꝑter hos egritudies a nã: tũc illud ſignũ erit ſignificatio ſup ꝑditionẽ ſm duas intẽtiões ſimul: qñ ſignificat ꝙ i corpe ſunt multe egritudines praue. 41

Iſte vomit⁹ ſignificat ſm ꝙ dicit hy. ꝓp ſignificationẽ ſuã ſup putredinẽ ⁊ ſup mortẽ: ſi fuerit mẽor ei⁹ qđ ꝓceſſit ex ſermone nr̃o 42

Cauſa i illo ẽ: q꞉ oĩs egritudo i q̃ accidit putredo addit̃ malitia ei⁹ ſꝫ ꝙ diximꝰ añ illud. 43

¶ Sputi velocitas duo nobis ſignificare poteſt.

Sermo q̄dē eius ſi ſit velox: ſignificat principiū egritudis: ſ; ſmo eius facilis ē: ſicut ſi diceret. Et euētus illius ē qñ eductio eius ē velox: ne ſit nocumētū cū eo. ¶ Qđ ē: q: ex velocitate ꝓductionis ſputi itelligit̄ vna duarū ꝓprietatū: p̄ma ſignificat initiū egritudinis: ⁊ ſc̄a ſpaciū tp̄is actiōis: qm̄ facilitas ꝓductionis ſputi eſt qñ aggregant̄ iſte due res ſimul: Quarū vna eſt vt nō ſit in pectore dolor vehemēs: nam illud qñ ē ꝓhibet pectus ab opatiōe ſua: ēt quando icipit cōpleri. Et ſecunda ē vt virtus eius nō ſit debilis: nā qñ virtus ē debilis mollificat̄ ante q̄ cōpleat actionē quare ꝓhibetur a ſputo. Et neceſſariū ēt eſt in illo vt ſit qđ ſpuitur facile. nā qñ ē viſcoſū inuiſcatur ī mēbris inuiſcatione vehemēti cui⁹ eradicatio ab eis fit difficilis ⁊ quādo illud eſt: ꝓhibet̄ productio eius. i. ſputi ꝓpter adherentiā ſuā in pulmonis meatibus ⁊ ſilr ēt ſi ē vehemēs groſſitiei: fit difficilis ꝓductio eius ⁊ ē neceſſe īfirmo vt laboret in ꝓductiōe eius: ⁊ adheret ēt in q̄buſdam meatibus ſtrictis ex meatibus pulmonis. ¶ Et ꝓpter hanc cām accidit multotiens apđ illud ſ̄ffocatio. Et ſputi ēt vehemētis ſubtilitatis aq̄ſi fit difficilis ꝓductio: qm̄ currit in circuitu aeris egredientis in anhelitu: ⁊ euadit ex eo. Et hec cā prima a q̄ fit ꝓductio ſputi: ⁊ eſt cā q̄ noīatur ꝓpinqua qđ eſt: q: cā prima dr̄ ſm duos modos: ſicut oſtēdi in libro meo de cāis: quorū vnus ē ille qui ē a mā: ſecundus ē ille ex quo ē īceptio motus: ⁊ inceptio motus fit in tuſſi ex virtute mouēte pectus. ⁊ iā oſtēdi illud ēt in libro meo de cāis accidētiū: qm̄ cōſtrictio pectoris qñ ē breuis. fit difficilis exitus aeris cū fortitudīe ⁊ vehemētia: ⁊ hec virtus extrahit quod ē retētum in meatibus pulmonis: ⁊ in venis diuiſis ī eis. Et ꝓpter illud opatio pectoris qñ eſt opatio fortis: ⁊ nō ē qđ ꝓhibeat ipm: ⁊ humiditas retenta in cāna pulmonis ē equalis in groſſitudine. ¶ Tunc ꝓductio eius. ſ. ſputi ē facilis ⁊ quādo nō eſt aliqđ horū duorū: fit grauis ꝓductio ſputi ⁊ praua ⁊ ſi vna duarū rerū fuerit inuenta: ⁊ altera ꝑuata. erit ꝓductio media iter deteriorē ⁊ meliorē. ⁊ ad ſummū ſ; paucitatē ⁊ multitudinē in vnaq̄q; harū duarū rerū: ⁊ debilitatē earū inuenimus quoſdā hoīes ꝓducētes ſputum facile: ⁊ q̄buſdā eorū fit difficile ꝓducere ipm. Jam ergo vr̄ mihi: ꝙ oſtēſum ē tibi oſtēſione manifeſta ⁊ certificare ē apud te intētio hy. in ſermone ſuo: vt ſit ꝓductio ſputi facilis ⁊ quādo certificatū eſt illud: tūc certificatū ē ꝙ ſermo eius velox: nō ſignificat ſpaciū tp̄is tuſſis. ſed horā p̄mā ex horis egritudinis: ⁊ ē illa in qua dixit hy. in libro aphoriſmorū. Quādo in pleureticis appet ſputū īcipiens in principio egritudinis: eorum egritudo ē breuis. Verūtamē ſi intellexeris ex ſermone ſuo velox: q: itendit ſpaciū tp̄is actionis: ⁊ ē illud đ quo oſtēdi: q: ingreditur ſermonē ſuū facilis. ¶ Erit error tuus duobus modis. quorū vnus ē eſtimatio tua

¶ Nō cām quare ſubtilitas nimia impediat expulſionem.

¶ Nō cās expulſiōis ſputi facil' ⁊ difficil' ⁊ medio modo ſe habētis.

¶ Qui p̄ velocitatem

Sputū ī oī egritudine pulmonis ſcu coſte ē vtile: ſi ſit velox ſi facile ſint labore.

Sputū vero oz ī oībus egritudinibus deſcēdentib⁹ ad pulmonē ⁊ coſtas: vt eductio eius ſit velox ⁊ facilis.

Si ſubrubeū: ⁊ ſano ſputo admixtum.

Et videtur in eo rubedo valde permixta ſaliue.

Si vero tardū ī doloris pricipio ⁊ rubeū: aut citrinū: neq̄ ſano ſputo admixtu;: ⁊ cum laborioſa tuſſi: malum nunciat.

Nā ſi tardatur a principio doloris tardatiōe multa: deinde ē ſputū eius ſubrubeū: aut citrinū: aut ē tuſſis multa ⁊ nō ē ꝑmixtū ſaliue: valde ē malum.

Et rubeū oīno moleſtū: ⁊ albū viſcoſū globoſū: inutile ē.

Preterea ⁊ rubeum quādo ē purū: ſignificat timorē: ⁊ albu; viſcoſu; globoſum inutile.

Viride ſpumoſum: malū.

Et qđ eo ex ēt ē viride ſpūoſū: ē malu;.

de hy. q: dixit hoc tempus bis. ⁊ ſecundus dimiſſio eius qua dimiſit illud qđ dixit in libro aphoriſmorū: ⁊ eſt virtus eius eſt magna valde. Et iam oſtenſum eſt tibi ēt: q: non propter has duas res tantum oportet vt intelligas ſermonem eius ſuper illud quod dicitur de expoſitione noſtra ad illud qđ dicemus poſt hunc ſermonem. 44

¶ ſpacium tēporis actōnis intelligūt ad duo impoſſibilia ducunt̄

Melius ē vt intelligatur ꝙ ſermo eius valde ſit ſuper mixtionem nō ſuper rubedine;: ſicut ſi diceret. Et op; vt videat̄ in eo rubedo ꝑmixta ſaliue valde: ⁊ h̄ dictio ſ. valde: ſignificat vehemētiam apud eum ⁊ multitudinem. Jam eni dixit ēt ante: ⁊ magis innatiuus vomitus ē in quo phlegma ꝑmixtū eſt coloribus valde ⁊ dixit ī hoc ſermone ⁊ vt in eo rubedo valde ꝑmixta ſaliue: ⁊ tu q̄dem poteris ſcire ꝙ nos iā īuenim⁹ in eo qđ ia; expoſuim⁹ in hoc ſermone: cū itellexeris ſermonē qui ſeq̄t̄ eum. 45

Jam promiſit ī eis q̄ premiſſa ſunt vt oſtēdam certitudinē ſmonis eius velox: ⁊ intentionē ſmonis eius valde. Dico ergo ꝙ cū rediit in ſmone ſuo iſto ad narrādum res d̄ras eis q̄ ab ipſo ſunt premiſſe ſicut de conſuetudine eius ē: poſuit ſmonē ſuū velox ꝑ ſmonē ſuū. nā ſi tardat̄ a principio doloris tardatiōe multa ⁊ corā ſmone ſuo valde ꝑmixtū ſermonē ſuū poſuit: ⁊ nō ē ꝑmixtū ſaliue valde: ⁊ corā ſermone ſuo: ⁊ o; vt ſit ſputū eius facile ſermonē ſuū: aut cum tuſſi multa. ¶ Qđ eſt: q: ſputum qđ ſpuitur abſq; dolore cū facilitate: ⁊ velocitate ſua nō indiget ⁊ tuſſi: niſi ex quātitate leui: verūtamē q: o; vt miſceātur res q̄ euacuantur ex corpore adinuicē: ⁊ non euacuetur ex eis aliq̄d purū ſimpler. ſicut iā dixit in eis que p̄miſſa ſunt: ⁊ dixi iterū in libro meo de criſi: ⁊ in expoſitione mea qua expoſui librum aphoriſmorum. Q: o; vt ſit ꝓductio ſputi in plenitudine vel in pleuretico velox: 46

¶ Sputū velox facile ⁊ abſq; dolore non indiget ex tuſſi niſi parum.

virtus eſt fortis. Sed dubitando ingrimus quō dicit hip. ꝙ i ſenectute maturāt̄ i ſenectute eni frigiditas ē frigiditas vo nō maturat. ſed ſolū cōdenſat ⁊ ingroſſat ⁊ ad hec dicimus ꝙ fritas extinguit calidā malā cōplexionē: hac aūt extincta cōforṫat̄ virtus ⁊ maturat exiſtentē materiam. diſſolutionem autē quidē dicit ⁊ dicimus qđ cōtingit multotiens qđ phlegmon. ē in materia ſimplicit. ſubiecta. ⁊ hec materia a forti virtute ſubtiliat̄ ⁊ ad fumos diſſoluitur ⁊ ſic euaporat ħ autē dic diſſolutione. qđ autem dicit raritatē an poſſibile ē eſſe raritatem in ſenibus vbi ē tāta fritas ⁊ denſitas ⁊ r demus ad hoc qđ raritatem dic ſuperueniētē ꝑ debilitatem virtutis virtute enim nō cōſtringente ſe ad membra ipſa rariora fiūt nō oportet autē hoc recipere nō enim poſſibile ē in hmōi virtute maturitatē fieri oꝫ aūt vos ſcire illud qđ dicitur in ꝓnoſticis ꝙ iuuenes quidē magis patiunt̄ hn̄tes enī multū calidū ⁊ hn̄ ſenſibilē dolorē facile ſen tiūt ſenes āt ex frigitate tā ꝗ̄ cōgelationem hn̄tes. non ſunt bene ſenſibiles in doloribus. 10

Quomō maturatō diſſolutio ⁊ raritas ſiat in ſenibus.

S Alus diſſentiēti nō cōſētire paſſiōi frigidū ⁊ diſtendit ⁊ ſupcurat.

Q Uecunqꝫ ex ira hec acutus furor eleuat cor ⁊ pulmonē adcaput calidū ⁊ humidū ⁊ ad aures: trāqlitas fit cū ħ reſidꝫ Abor articulis ⁊ car

H Oc aūt eſt qđ itendit hic hip. breuit̄ dicē ꝙ ꝯ̄ria ꝯ̄riis curant̄ didiciſtis eni ꝙ ſanitas nō fit niſi patiens ſimul laboret cū medico vt facile diminuatur egritudo ſic igitur dicit hip. ⁊ antinous curatus ē qm̄ nō cōſenſit paſſioni. ſed contrarius ei dictum eſt enī nobis ꝙ nō pōt fieri ſanitas niſi a medico: egritudine ⁊ patiente. quō aūt ſit patiens nobiſcū ſimul pugnans dicim⁹ ſi cōtraria faciet egritudini verbi gratia ſi fuerit egritudo frigida quod vtatur calidis ſi vero calida frigidis ⁊ hoc cōſideraꝙ cu m hoc dicit. Quoniam contraria contrariis curant̄. quid autem dicit quoniam frigidū prodeſt ⁊ interficit ſimiliter ⁊ calidū ſi enim in frigida egritudine offeratur frigidū interficit ſi vero calidum prodeſt ſimiliter ⁊ in calida egritudine ſi calida dabis ledes alii q̄tiēs eniꝫ ⁊ ab immoderata caliditate naturalis calor d̄ſtruitur ſi vero frigidum offeras proficies. 11

Nota ꝙ ſi pōt fieri ſanitas niſi a medico egritudine ⁊ patiente.

V Idetur aūt nō manifeſtus ē hic ſermo dicam⁹ aūt nos qđ eſt acutus furor acutus furor ē qſi aliquis acute iraſcitur ⁊ vehemēter hic autē acutus furor eleuat cor: ⁊ pulmonen ad caput hoc autē ad rediculoſum ē ſed quid intēdit dicere. dicimus ꝙ acutus furor eleuat totum calidū ⁊ fert ipſum ad cor ⁊ pulmonē. ⁊ ob hoc calidioribus factis his mēbris ⁊ accenſis fertur caliditas ⁊ accenſio ad caput ⁊ ſignificatio huius ē ex eo ꝙ rubeſcūt gene ⁊ oculi ⁊ hoc eſt ex apparentibus eſt autē ⁊ artificialis ſignificatio fit enī ſtatim magnus ⁊ denſus ⁊ celer anhelitus: ſimiliter aūt ⁊ pulſus magnus celer ⁊ denſus. dictū eſt aūt in iſagogis. i. in libro qui dicit̄ microtegni: ꝙ ira eſt accenſio ſanguinis circa corꝫcum hec reſidet deſcendunt oīa: ⁊ fit tranquillitas. 12

Quid ſit acutus furor ⁊ quomodo cauſetur ⁊ qđ ſit ira.

A Dmirabilis eſt ħ ſermo: cuius multiplex eſt expō: et tamē laborē dicit exercitiū. qđ aūt dicūt: ꝙ labor exercitium articulis fit: ⁊ lacertis cibus quaſi nutrimēti fortificatio: ab exercitiis. n. ⁊ maxime moderatis fortificat̄ totū corpus: carnes aut mēbra ſicuc dictum eſt in libro de articulis quidam aūt dicūt cibum quaſi multitudinē ciboꝝ ⁊ dicunt ꝙ multitudine ciboꝝ dolor fit articulis ⁊ lacertis vt aūt intelligas laborem eē dolorem dictū eſt enim quod labor dicitur in thoma vt quibus quidem igit̄ acutus ē morbus ſtatim ⁊ vltimos labores hꝫ dicit̄ aūt labor ⁊ exercitiuꝫ: vt labores cibis ⁊c̄. dicitur aūt labor ⁊ dolor vt duorum doloꝝ qui ſimul fiunt non ſecūdū eundē locū vehementior denigrat alterum. Laborem igitur dicit ſecundū ſecūdā expoſitionem dolorem vtrāqꝫ autem expoſitionem reſpuimus dicentes: qm̄ hippo. nō vtitur prauis dictionibus vt nutrimentum appellare cibum ſed ſciendum quod duas rationes hic aſſignat vnā qdeꝫ hanc labor articulis ⁊ carni quaſi exercitiū articulis ⁊ carnibus ſub i ntellige iuuamentum. eſt ſecundum vero dicit hanc Cibus ſomnus viſceribus quaſi cibus in ſomno labor ei inſi viſceribus quando. enim vigilamus extra eſt naturalis calor ⁊ eſt tanquā non mouens interiora membra quando aūt cōmedentes dormimus interiora mēbra excitantur ⁊ laborant circa nutrimentum. ſꝫ fatigationē nō habet vnde propter hoc nō oportet aliquē inanituꝫ dormire qm̄ inueniet̄ caliditas vtilem humiditatē diſſoluens loco cibi. 13

Exercitia moderata totum corpus fortificant carnes aūt mēbra

Nota ꝙ ſi debm⁹ dormire ſtomacho vacuo exiſtente.

m cibus ſōnus viſceribus.

A Nime exercitiū meditatio hominibus

I N ſciſſuris ſāguis cōfluit: auxiliāduꝫ igitur vt vacuum repletur

S I auris doluerit effūdere vnctionē calidā: oportꝫ vero ſup

M Ultiplir exercitat meōriā nraꝫ hip. itēdit ⁊ d̄ aīa itexōminare ⁊ qdā ſcribūt exercitiuꝫ ſine n i dictiōe greca: q̄ dicit̄ pypatos qdā āt ſcribūt cū n ⁊ dicūt pypātos ⁊ pmi qdē exponūt ſic: qm̄ aie ⁊ exercitiū ⁊ labor ē meditatio: ſecūdi vero exponūt ſic: qm̄ oꝫ qdē de aliis meditari: maxime vero ⁊ de tota aīa pp id ꝙ mouet rōes ⁊ ꝯſideratiōes iōqꝫ ⁊ ſocrates meditatiuus dicebat̄ eē ⁊ domiciliū ſuū meditatiuū appellabat̄ ſic enim igit̄ qdā exponunt gal. vero dicit qđ magis ħ cōueniūt phis ꝗ̄ medicis ſi vero ſicut medici voluerimus hūc ſermonem exponere hoc aūt dicit hip. ꝙ ſi eſt aliquis hn̄s ſubet aut ſtuporē tūc ordina ipſi medicationē ⁊ exercitiū aīe vt exinde cōſumptio fiat cauſe efficientis morbum ⁊ exercitatio nature ⁊ alteratio egritudinis. 14

A Dmirabilis ē ⁊ hic ſermo ⁊ medicinalis. dciū eſt autēꝫ eruditis ⁊ in libro de iuncturis ⁊ articulis ⁊ in libro de cauſis qđ ſciſſura d̄r aut ſimplicit diſſolutio ꝯtinuitatis aut diuiſio carniū. ſ. lacertorū vir quotiēs fit diuiſio carnium q̄ ſūt in ꝓfundo in diuiſa exſte cute qđ in libro de cauſis contritioneꝫ appellamus quotiēs aūt ſuperuenit diuiſio tunc ⁊ ſanguis egreditur multus ⁊ quaſi periclitatur mēbruꝫ cū fiat vacuum ⁊ ſtatim oꝫ auxiliari ⁊ qđ deficit replere ⁊ tūc vtimur conſtrictiuis vt poſſimus retinere ſanguinē egredientē aut i venis hic permanēs faciamus per dietam boni humoris vt generemus ſanguinē ⁊ ſic replemus euacuatū multotiēs autem ⁊ emplaſticis vtimur vt materiā retineamus malā cōplexioneꝫ diſtinguamus emplaſticis autem vtimur quando eſt ⁊ qualitas vincens. 15

Quot modis dicitur ſciſſura.

M Edicinalis ē ⁊ ſic ſermo qđ aūt vult dicere qm̄ multotiēs ſuperuenit paſſio in aure ſed aut eſt apa aut mala cōplexio q̄ efficit paſſionem ⁊ ſi qdem eſt apa oꝫ oleo camomillino vti in aure ſi vero fuerit calida mala cōplexio: tunc oleo roſaceo ſi vero eſt vtrunqꝫ tunc oleum camomellinuꝫ ⁊ roſatum cōmmiſſens infunde cum ſtupa inuoluta in digito: ⁊ hip. quidem naturali organo ꝑcepit nos vti. ſ. digito tu āt ⁊ lana vtere multotiens qm̄ aūt multotiens cōtingit te eē in aliquo loco vbi non inuenis oleum: tunc pinguedine diſſolue ⁊ diſtilla ⁊ iō nō dixit ſimpliciter quoniam oportet oleū infundere ſed vnctionē dicit aūt qđ oportet ſuponere ſtupam ſiniſtre manui ⁊ recipere id quod egreditur ab aure ⁊ hāc ſtupam ponere inſigne ⁊ ſi eſt fetidum quod ab ipſa erit malicioſa ſit egritudo ſi vero nō eſt feto: tunc non eſt malicioſa ⁊ hoc autem oportet facere ⁊ non decipi ſed videtur hip. non hoc dicere: ſed aliquid aliud verbi gratia fetor eſt qui egreditur ⁊ decipit pacientem pluribus de cauſis aut qđ dicat eidem quod chronica fiat hec paſſio. te autem hoc predicente cito permutabitur paſſio non dicens veruntamē ſi tardabit inuenietur verus ⁊ per duas cauſas oportet: decipere patientem vt videatur difficilis eſſe egritudo ⁊ glorificetur medicus aut per tres cauſas vt ma/

De cura paſſionis auri.

gnificādo morbū recipiat maiorē mercedē ⁊ maxime si fuerit cupidus: ⁊ de malo lucrās: ⁊ h̄ vī dicere hy. ⁊ dicim⁹ q̄ nihil bor: nō. n. hec deceptio digna ē intētōe hy. aūt aie sue maxime āt tertia cā: ipse. n. in alijs tractatib⁹ dicit. † Liberalis artis libera debēt eē ⁊ opa q vero mercede fuiūt vitupant scias ⁊ cogūt: sʒ qd ē qd di-

† Liberalis artis libera debēt esse opa q vero mercede fiūt vitupant sciās.

pōere stupā naturali orgão. Et videbit̃ qdē exire ⁊ nō obstupefieri: deinde i ignēʒ proicere fallacia.

L Ingua vrinā desi gnat: lingue virides cholerice.

C Holericū vero a pi guoso: rubee a sāgui ne: nigre aūt a nigra cholera: aride autēʒ ab exu stione.

¶ Fuliginose vero a matri cis parte: albe vero a phleg mate.

V Rina similis colori corpori ⁊ potui ⁊ vt

cit ⁊ dicim⁹ q̄ h̄ itēdit. Qm̄ si supueniat dolor auris: stude pdictū curare passionē: si vero nō curaueris ⁊ īminebit tūc decipe nām offeras stupefaciētia: sicut apiū ⁊ hmōi alia sic n. dcm̄ ē i libro de ingenio sanitatis q̄ i colicis oʒ mittere rute oleū: ⁊ sīqdē dissoluet̃: bn̄ erit si vo nō: tūc stupefaciētia offer: vt decipias naturā Aliqñ āt ⁊ cā curatiōis osñ dim⁹ stupefaciētia: q̄tiēs calida q̃litas dn̄ āt̃ sicut in iuuenili colica dispōne supueniente a calida cholera: sʒ cū offers stupefacientia psidera virtutē: ⁊ si fortis fuerit offers: si vero non fuerit fortis nō offeras: qm̄ igit multotiēs grauat̃ virtus: ⁊ si fit sanias: infūde vnctionē calidā: calidā āt dicit tepidā † frigidū qdē vitupat̃ pp pstrictionē: calidū vo pp id qd mouet reumata: melius āt est tepidū: vnde ⁊ homerus dicit de machone: immisce aque tepide.

† Nota de vnctiōe calida frida ⁊ tepida.

¶ Et videbit̃ āt dicit: vt certissime cogscas qd egredit̃ ⁊ nō decipiaris: qd āt vt vī significet ſm veritatē ostendit ⁊ hy. dicēs. Medicus mihi vī bonus esse: ⁊ ipsemet plato dicit. Videris mihi gorgia pbari. 16

Q Vidā āt exponūt sic: q̄ sicut se hʒ lingua sic se hʒ ⁊ vrina: qdā āt: q̄ sicut se hʒ vrina sic se hʒ ligua. Gal. vō vrinā intelligit: nō eā q̄ egredit̃ a renib⁹ ⁊ vesica: sʒ vez qd ē vnuscuiusqʒ hūoris: vnusqsqʒ. n. humor hʒ sbtile ⁊ aquosū: si igit̃ ē ligua crocea: dsignat q̄ aquosū supabūdat cholere rubee: si vō nigra dsignat q̄ aquosū supabundauit melācholici hūoris: similit̃ āt ⁊ in alijs designat lingua hmōi passiones sicut habilis ad passionē erñs ex eo q̄ nō tegit̃ cute: vez distingue: q̄ hmōi dsignatiōes dsignat tibi lingua: aut nisi ppriā passionē hēat: ⁊ pp ppriā passionē⁹ talis aut talis fiat: aut p dñantē humorē: aut pter cibaria. 17

N Ota āt q̄ soliū cholere rubee generationē dicit vt breuiloqu⁹: qm̄ in pingnosū ⁊ immundis ⁊ dulcibus generat̃ hec: tu āt dicas ⁊ aliorū humorū generationē q̄ melancholic⁹ humor generat̃ a grosso sanguine: flegma āt a frigidis: aride aūt ab exustione: aridas āt dicit linguas: differt aūt rubeū ⁊ siccū a croceo q̄niā croceū arefactū facit rubeū: rubeū āt humectatū efficit croceū: sicut dictuʒ est in libro de crisi.

¶ Dicit q̄ lingua sintbomata dsignat ⁊ hūore ptento in matrice: fumi. n. ascendūt ab ipsa ⁊ trāsmutāt liguā hoc āt exponēs gal. qd verissimū est: dicit q̄ signorū psentiuʒ ⁊ cause psentes sunt: causis āt psentibus nō oino sunt ⁊ signa: ecce. n. lingua exñte crocea oino dsignat q̄ colera rubea ptinetur: si vō colera ru. supabundat: nō oino signū supuenit lingue videlicet croceū: ⁊ est hoc q̄ ad aliud mēbruʒ repsit materia. 18

De quibusdā vrinarū differētijs

O Stēn est aūt ⁊ in pnosticis: q̄ multe sunt differentie vrine: hec quidē est enormia mediū: hec

vero nefoloides superius: aliud sedimen inferius: dictuʒ est antē q̄ vrina egredit̃ aut similis corpori sicut solidis: vt petaloydes vrina: aut sulfurea: aut similis humoris: ⁊ ſm naturā his existētibus aut extra naturā: aut simili oblato potui ⁊ cibo vnde multi nigra vina bibentes: nigre mingunt: simile autē humoribus intrinsecus existens dicens.

intrinsecus existens.

¶ Potus humectatio colliquatio.

L Ingue similes colori descensiōe humorū pter qd eadem cognoscimus humores si salse carnes fuerint gustanti supflui signum.

S I māmarū capitella ⁊ rubeum viride est morbidum vas.

H Omibus i auribus sordicies dulcis qdē mortalis: amara vero non.

T Errā demutare cō

¶ Nota q̄ humores dimittimus ſm naturaʒ existentes ⁊ extra naturam. 19

F Ebre idē dicit qd dictuʒ est de scensiōes qdā dicūt vomitus: siquidē eniʒ melancholici humoris supueniat vomitus: tunc nigra lingua fit: ⁊ vniuersaliter ſm euacuatū humorem alterat̃ ⁊ color lingue. Quidā aūt psistentiā dicunt: quasi humoris ptenti: vñ adducit desupabundātia qsi desuperabundantia humore lingua assimilat̃. † Vnde si fuerit colera rubea: supabūdās oia q̄ offerunt̃ amara vident̃ sicut ⁊ icterici: ⁊ si mel offeratur eis amarū putant: qm̄ pter hoc que dant̃ comestioni: mouet̃ q̃litas ptēta in lingua: ⁊ pter hoc q̄ eis dantur cogitant esse amara q̄uis sunt dulcia: ⁊ silr ⁊ si est flegma salsuʒ

† Colera ru. supabūdāte oia oblata putāt̃ amara.

V ptentum: videntur ⁊ que dantur eis esse salsa. 20 Ult aūt ⁊ a māmis facere precognitionē: ⁊ qd dicit: q̄ multā cōionēʒ hʒ generatiua ad ea que sunt pectoris: ergo si sanguis est ptentus in matrice: rubicunda fiunt capitella māmarū: si vero colera rubea a rubicundo crocea fiunt: ⁊ hec quidē natura sunt. Secunda dictio videt̃ esse indigna hy. matricem autē vas nominat: cū in aliquo suorum tractatuum nullo modo vocet matricem vas. 21

S Icut eniʒ ex egōnibus habemus cognitionē eorū quō se habeant ea que sunt in ventre ⁊ intestinis ⁊ ex vrinis eorū que sunt in epate ⁊ vesica: ⁊ sputo eorū q̄ sunt circa pectus: similiter ⁊ cerebri passionēʒ cognoscimus ex naturalibus egressibus ipsius: verbi gr̄a: ex oculis naribus palato ⁊ auribus: sic igit̃ hic ex auribus facit noticiā Et dicit q̄ sordicies auris: siquidē est amara: designat ipsaʒ supfluitatē esse ⁊ nihil malū significat: si vero est dulcis liquation⁹ substātie cerebri: dic n. q̄ medicus nō gustet sordiciē sʒ patiēs: sicut ⁊ sudorē pcipimus ipm̄. Oportet nos scire: q̄ ex hoc loco hūit pncipiū ⁊ scripsit librū de interioribus a lesione actionū: ⁊ ab egritudinibus ⁊ canones consequentes. 22

De sordicie auris ⁊ sudorē non medicus sʒ patiēs gustare oʒ.

M Irabilis ē h̄ smo ⁊ dign⁹ hy. ⁊ oʒ in opibus artē eē cōmemorabilis. Quid āt hoc ē qd ipse dicit: pmo exponamus qd est plura passio: ⁊ qd dicit: terrā pnutrientē dicit in qua genit⁹ est ⁊ nutrit⁹ ⁊ pseuerauerit: his itaqʒ se hñtib⁹: qd intendit hy. ⁊ dicim⁹ supponat̃ aliqs hñs passionē chronicā: et h̄ noluit curari ⁊ debuit flebothōari: ⁊ sic flebothōatus ē ſm artē ⁊ nihil pfuit: postea p⁹ flebothōiaʒ aliq dieta psuluit vti ⁊ nō iuuit: deide psiderās medic⁹: q̄ mā interi⁹ tēdebat purgatiuū dedit: nihilomin⁹ tñ passio iminebat ⁊ nā deficiebat: ⁊ corpus male se hēbat: ⁊ iā vniuersalit multas medicias offerebat medicus: ⁊ nihil pfecit: hñ aūt dixit q̄ multas medicinas obtulit qm̄ chronicā supposuit passionē: q: in acutis egritudinib⁹ vna ⁊ sola medicina si ptingit indigem⁹ pter breuitatē passionis ⁊ alteratiōis: in chronicis āt plurib⁹ indigem⁹: plurib⁹ āt dicit nō pirijs sʒ similib⁹ vez differētib⁹ in q̄titate: si. n. fuerit materia grossa: si ptingat oʒ offerre synapim: deinde calidiora sicut piper: postea ⁊ si sic nō iuueris aliqd calidius: sic igit̃ medic⁹ in chronica passione plurib⁹ vsus ē medicinis ⁊ nihil pfecit: dein de vsus est eo qd ab ipsis dī circulatio. † Circulatio āt ē: quādo

† Quid sit circulatio.

aliqs flebotbomat dietat purgat ⁊ alijs vtiᷓ medicinis: ⁊ si nihil proficit vt iterū flebotbomet iterū dietet ⁊ iterū purget: ⁊ iā hoc multotiens faciēs medicus nihil āplius egit ⁊ hec oīa fecit ḃm sciā: ⁊ nihil ociosū accipiēs. Quid igiᷓ oꝫ tunc facere ⁊ dicimus ꝙ aer est qui marie passionē opaᷓ: ⁊ oꝫ tunc pmutare ad ꝯriuz aerez: vnde dictū ē ad hy. in aphorismis: ꝙ oībus scđm rōnē opatis si nihil ḃm rationē fiat: permutare oꝫ ⁊ tunc ad ꝯriū deuenire: ⁊ bn̄ dixit ad ꝯriuz: sic eniz ⁊ in hꝫ patiente si calidus aer fuerit qui faciat passionē ad frigidū pmutare vnde ⁊ hy. dicit ꝙ oportet tunc a patria discedere: ⁊ sanitatē ex alio loco habere. Quidā aūt dicūt ꝙ nō simpliciter pmutationē aeris pcipit hy. discedere a patria: sed discedens moueaᷓ aut āmbulās in via aut in curru aut in equo feratur: ⁊ sic ex motione subtilieᷓ materia ⁊ dissoluaᷓ passio Ga. vero nō placet hmōi expositio: sed permutationez aeris dicit: qñ oportet permutari: igiᷓ si a calido aere patiaᷓ ⁊ est subtilis mā effectiua passionis: dicit ꝙ oꝫ grossuz aerez ⁊ frigidū inquirere ⁊ ibi manere: si vero a frigido aere patiaᷓ ad calidū tendere ⁊ ibi manere: ⁊ qđdā ꝓpter delectationē ⁊ solatiū egrediunᷓ a ciuitatibus hyppocraticus vero medic⁹ nō oꝫ his curare: sed de permutatione aeris: ⁊ hoc ē qđ dicit. Tertiā demutare ꝯnutrientē. Cum his aūt pdictis vt aliqđ humanū ⁊ religiosuz tibi dicam qđ hic dicit hy. Terrā demutare vt vadas ad tēpla ⁊ sacra. † Cum enim ars nō ꝓficit: tn̄ oportet spem salutis ponere in deo. 23

Nō qđ de pmutatiōe aeris dicat

† Cū ars n̄ ꝓficit tn̄ oꝫ salutis spē in deo ponere.

nutrientē in plixis passionibus. terrā demutare ꝯnutrientem.

DEbiliora nutrimēta modicā vitā habēt.

PRuritū in auribus retro venas īcidere.

LIbido a flegmate egritudinum ꝓ freutrea.

AD aliū ḃmonē transfert se hy. ⁊ qđ dixit. Debiliora nutrimēta que parū nutriunt sicut caules: ⁊ que nō habēt multā ⁊ grauē qualitatē sicut succus ptisane: quēadmoduz ⁊ fortia nutrimenta dicimus aut multū nutrientia tanꝙ testiculi gallorum ⁊ oua galline ⁊ porcine carnes: aut hn̄tes grauē qualitatē sicut synapi aut piper. Hec aūt debilia nutrimēta: qdam intelligūt facientia supfluitatē aut modicū nutrictia: hec. n. facile digerunᷓ ⁊ discedunt ⁊ modicā mansionē hn̄t in vētre quā mansionē vitā noīat hy. Sed hoc quidā dicūt indignum esse itentione hy. qđ bn̄ digeriᷓ vitā denoīare: vn̄ qdā pmutāt scripturā ⁊ vbi sunt nutrimēta: corpa scribūt dicētes: ꝙ corpa hn̄tia debilē virtutē sunt modice vite: q vo habēt fortē vtutē sunt longe vite: falsuz aūt ē hꝫ. † Nō. n. ḃm virtutez ꝯstruitur tp̄s vite: vnde historizatur ab aristo. ⁊ ab alijs phis: ꝙ peste superueniente: q quidē habebāt fortez virtutez moriebanᷓ: qui vero debilem saluati sunt: manifestum igitur ꝙ mensura vite ordinata est desuper. 24

† Tp̄s ⁊ mēsura vite nō ḃꝫ virtutē ꝯstituitur sꝫ supi⁹ ordinata ē

PRuritus aūt dicit: aut laboriosas egritudies: aut discursionez oculorum gali. aūt distinguit ⁊ pruritū vocat discursionē cruriū ḃm primā ꝯiunctionē que est iuxta hisciaz: ⁊ oꝫ nos scire: qñ hoc possum⁹ lucrari ⁊ ex hoc ḃmone: qñ nescimus qđ dicit qđ. n. dicit si fiant pruritus: sicut dictū ē i libro de aere locis ⁊ aq. oꝫ incidere venas que sunt in aurib⁹: ⁊ qlis est coīo auriū: ⁊ que est iuxta hisciam ꝯiūctio post hꝫ āt neqꝫ sūt circa aures magne vene: sed fuliginosa vasa: si vero ⁊ sunt non super auribus sunt: sed sub auribus he vene. 25

LIdicistis. n. quid est libido: videlicet coitus q est in afrodisijs: hmōi āt coitus vitupare qdē: aut calefacit: aut infrigidat: ab oibus aūt ꝯcediᷓ: ꝙ desiccat: si egressus spmatis fiat: ⁊ vitalis fortitudinis emissio: qđ igiᷓ dicim⁹: qñ ⁊ calefacit ⁊ infrigidat sꝫ ḃm qualitatē calefacit: vn̄ videmus qñ in hac motiōe ⁊ calefactōe calidius fiat corp⁹ ⁊ acutius: exinde ⁊ sanguis egrediᷓ: ḃm vero essentiam infrigidat egressione videlicet vitalis fortitudis ⁊ spmatis ⁊ multa emissione: hy. itaqꝫ ad qualitatē respiciens dixit: qñ libido dissoluit egritudines que sunt a flegmate in subtiliando materiaz: verūtñ nō oꝫ ꝯtinue hac libidine vti: qñ frigidus efficiᷓ corp⁹ ⁊ cū his ⁊ aliud flegma generat epicur⁹ āt remouꝫ oēꝫ ꝯiūctionē sicut phs remouit nisi cū expedit oꝫ vti ⁊ ait hy. neqꝫ nimiū repletus neqꝫ nimiū euacuatus. 26

De nocumēto coit⁹

UAlidos cibos dicit hic qui habēt validā qualitatē: sicut piper ⁊ synapi ⁊ hmōi: calidos ventre vero nō q habēt ḃm naturā calidū ventrem sꝫ q hn̄t ex naturā calidā qualitatē in ventre: in his aūt graues cibi sicut pip ⁊ hmōi oblata pturbationē faciunt ⁊ motionē in ventre additiōe caliditatis: ⁊ sicut dictū est in libro de regimēto: malū efficiunt: qdam āt huic sermoni ꝯsequentē adiciūt: nigre colere esse hoc qđ dicit qñ hi cibi nō soluz perturbatiui sunt vētris sꝫ nigre colere: ⁊ ipē qdē de difficilia oīuz humorum mētionē fecit: tu vero dic venenosuz humorē ⁊ viridē. 27

Ualidi cibi calidos vētres perturbant.

CAlidis vētre validi cibi ⁊ potus pturbatiui.

NIgre colere isimul sanguinis fluxus.

SUperauctiles morbos ꝯiunctio infrigidat.

FRigiditas aque iuxta ventrem indurat.

HEllebořum bibente cito purgat si vis lauare

QUalit āt ꝯstruaᷓ: nigre colere: cū supiori dictū ē: quō vo cū inferiori dicendū: attñ dicam⁹ primo qđ ē emorrois. † Emorrois ē apitio venarum q sūt circa anū: hꝫ āt fit aut ꝑ hūorē aut mordicatiuū aut iferi⁹ tēdētē cū grauitate qlis ē melācholic⁹ hu. ⁊ flegmatic⁹ vn̄ apponere oꝫ sermoni a ꝓpōnez: ⁊ dicere ꝙ passiōes supueniētes a nigra colera: emorrois dissoluit āt melācoliā qrtanā ꝯstrigit āt ⁊ spatū cancrū ⁊ elephantiā: bn̄ āt dixit spatū qñ si iminet cācer aut elephātiā: nō curatur ⁊ ꝙ melācoliaꝫ dissoluit hꝫ passio: historizat gal. qñ i melāconia puenit emorrois ⁊ dissoluta ē passio deiñ ꝯstructo fluxu sāguis redijt melācolia: sūt āt dicit hy. sanū ḃꝫ nāꝫ: qñ flux⁹ sāguis supueniētes oēs egritudies q sūt a melācholico hūore reducit ad id qđ ē ḃꝫ nām. 28

† Quid sit emorrois.

SUpauctiles morbos noīaᷓ hn̄tes ⁊ chrōicas passiōes aut a pueritia factas sicut melanconiā nephresiꝫ: magis āt in pueris lapidē in vesica aut epilepsiā. ga. vo dic: ꝙ magis de epilepsia hꝫ determinat. † Epilepsia. n. poti⁹ pueris supuenit: vn̄ ⁊ puerilis noīaᷓ: dꝛ āt ⁊ epilepsia ꝑ id ꝙ occupat actiones aīe: dꝛ āt ⁊ herculeu⁹ morb⁹: nō ꝙ herculi supueniret: sꝫ iexpugnabilis ē ⁊ inuictu⁹ sicut hercules: aut magn⁹ morb⁹: aut ꝑ magnitudinē sicut magna auis aut magn⁹ piscis: aut qñ magnū locū occupauit sicut cerebrū vbi ē rōnalis aīa: hāc itaqꝫ epilepsiaꝫ dicit ꝙ curat ꝯiunctio: curare āt ifrigidat dixit: ꝯiūctionē vo dixi nō verā ꝯiunctionē sꝫ tp̄s in q fit ꝯiūctio. i. iuuenilē etatē: qñ āt multa caliditas ē ⁊ dissoluit passionez: aut igiᷓ hꝫ dicas: aut ifridat dixit qre ledit: q. n. sunt ḃm naturā calida eē videnᷓ: q vo ex nāꝫ frigida: ledit. u. ꝯiūctio infrigidatione passionē augmentans. 29

† Nō hic ꝺ. noīb⁹ epilensie.

INdurare dixit retētionē vētris: ⁊ qdā dicunt ꝙ ifrigidatio ferᷓ ꝑ supficiē ad vētrē ⁊ efficit retētionē: ꝯ q̄s dicim⁹: pmū qdē ꝙ nō venit ifrigidatō ꝑ supficiē: qñ calorē naturalē extingueret si vo ⁊ pueniat debebat indigestionē efficere ⁊ diariā ⁊ nō ꝯstipationē vētris. Ad qđ nos dicim⁹: qđ dicit gal. ⁊ vt dictū est in aphorismis. Uētres hyeme ⁊ vere calidissimi sūt nā. † Hoc igiᷓ ⁊ hꝫ dicit ꝙ infridatio attingit cutiꝫ ⁊ icludit calidū vt ḃm rōnez fiat digō ⁊ tantā fieri digōez ꝙ vix egō egrediᷓ: aut hꝫ dicas aut ⁊ aliud. Dictū ē āt nobis ꝙ frigidus aer inducaᷓ ꝑ spirationē: ꝑ pulsuꝫ ꝑ anū: mlᷓtotiens igiᷓ inducta est frigida qualitas ꝑ anū ab aqua frigida: aut ⁊ vino quodam lota: ⁊ exinde lacertus constrictorius cōstrictus est: ⁊ constipationem fecit vētris: hic est lacertus aut ab infrigidantibus aut ab acutis ꝯhiᷓ ⁊ minus efficit ventrem egere: motuꝫ igiᷓ minorē: ventris duriciem dixit. 30

† Quō frigiditas ꝑt esse causā digōnis.

Hic aũt ꝺ purgõne determiat: qꝺ aũt dixit de helle boro dicas de ſcamõea ⁊ de agarico ⁊ alijs pur gatiuis: qd aũt intẽdit: ⁊ dicim⁹ ꝙ ſi debes da re purgationẽ oꝫ ſubtiliari materiaꝫ ⁊ fluxã facere ſicut dictum eſt in aphoriſmis. 31

Intrinſec⁹ qdẽ ꝑ ius in q̊ ſit anetũ petroſellinũ ⁊ huiuſ talia ꝑ q̃ ſbtilia tur mã: exteri⁹ ṽo ꝑ balnea hũe ctãtia corp⁹: nõ aũt dixit ſic qdaꝫ cogitant ꝙ poſt purgõez aut in ip̃a purgõe des comedere ⁊ des balnea: h̃.n. nõ oꝫ facere niſi qñ corpus eſt ſiccũ. ↑qñ ſi ſuẽit ple ctoricũ corpuſ ⁊ balneam⁹: ma gis poti⁹ reuma tizam⁹ mẽbra: nec qñqꝫ ⁊ cibũ offerim⁹ p⁹ pur gatõez: qñ debe m⁹ dare purgõ nẽ: ſic.n. in ſicco ſtõ ſiccũ ptiſan

Femina vel comedere.

Luxus ⁊ itrinſecus extrinſecus.

Sanguis i ſõno itror ſus recpti magis.

Rigor a ſuꝑiori ven tre: ignis vero ab in feriori magis.

Attractio pulmo ſic cus: cauma ſuꝑuacu um gracilat ſõnus multus.

Frigidiſſimus cibuſ lenticule miliũ chen tri cucurbite.

Ulcera apponũtur ⁊ excoriũtur ſi ĩpur gatus exñs labora uerit.

añ purgõez offerim⁹: qñ ⁊ hũectatõ ſucc⁹: ⁊ hꝫ qdã hñ expurgatiuũ ſi ⁊ h̃ idigem⁹. Si ṽo fuerit calida mala cõ plexio in ore ſtõi: tũc aquã miſtram⁹: vt ineq̃litate exti guat: ⁊ purgatõ fiat aptior: ⁊ h̃ ẽ qꝺ dicit hy. 32

Dictũ ẽ aũt h̃ ſuꝑi⁹: ꝙ ĩ vigilia extriſec⁹ circa ſupfi ciẽ fert mã ⁊ nãlis calor: i ſõno ṽo itrorſus cir ca ꝓfunditatẽ: ſanguinẽ aũt dicit h̃ nãlẽ colorez. 33

Mirabilis ẽ h̃ ſmo: vel indiget diſtintiõe ſuꝑio rẽ aũt qñqꝫ dicit vẽtrẽ q cibos recipit iferiorẽ aũt ꝯcõuitatẽ iteſtinorꝫ: qñqꝫ aũt ſuꝑiorẽ vẽtrẽ dicit q ẽ cerebri: inferiorẽ ṽo q ẽ pectoris: h̃ aũt ſuꝑiorẽ vẽtrẽ dicit illã q ẽ ſtõi: inferiorẽ ṽo inteſtinorꝫ: ⁊ qd dic̃: ꝙ cõ tinet co.ru. ⁊ ſuꝑi⁹ ⁊ iferi⁹ ⁊ ip̃a mouet ⁊ motiõe ⁊ mor dicatiõe rigorẽ efficit: exñ ⁊ febrẽ: ſꝫ qñ os vẽtris ſen ſibliu⁹ magis eſt ꝓꝑ copiã neruorꝫ: inteſtina ṽo nõ hñt multũ ſenſuꝫ: ꝓꝑ hoc dicit rigorẽ qdẽ ab ore ſtõachi ſuꝑ uenire: febrez vero ab inteſtinis. 34

Durſũ de ꝑipleumonica paſſiõe mẽtionez facit: qd aũt dicit attractionẽ: qdã exponũt ⁊ dicit ſpi rationẽ q̃ ẽ ſꝫ nãꝫ: q̃ diuidit ad inſpirationẽ ⁊ reſpira tionẽ ⁊ reſpiratõ qdẽ ex̃ ducit fumoſas ſuꝑfluitates: in ſpiratio ṽo exſiccat ⁊ viuificat calorez nãlẽ. Quidã aũt dicũt attractiõez reſpiratõez q̃ ẽ ex̃ nãꝫ magnã denſam ⁊ celerẽ q̃ fit in q̃litate magis calida dñante: h̃ eſt ṽa ex põ de hmõi .n. mala cõplexiõe mẽtiõem facit: vñ dixit cauma: dixit aũt ⁊ gracilat: h̃ aũt nõ dicẽt ſi intelligeret de calore nãli: q̃re aũt de ſola reſpiratiõe facit mentionẽ: ⁊ ñ de inſpiratiõe: ⁊ dicim⁹ ꝙ ſic breuiloqu⁹ h̃ fecit dimit tẽs te ⁊ inſpiratiõez ſbintelligẽ: aut de nobiliori cõme morat: nobilior aũt ẽ iſpiratio expiratiõe: aut q̃ q̃litas ẽ ĩminẽs: vbi aũt q̃litas ibi iſpiratio: magis aũt igrit: vbi ṽo mã mlta ibi expiratio ꝓꝑ inſpirationẽ fumoſarꝫ ſu ꝑfluitatum ꝓꝑ qd aũt ſolũ de pulmone mentiõem facit: aut ſic breuiloqu⁹ ꝑcipiens nos ſbintelligẽ ⁊ cor: aut vt demõſtret paſſionez maximã eſſe: qñ nõ iã pulmo q ſic hñid⁹ ſicc⁹ fieret: aut dicas ⁊ aliud ꝙ inſpiratiõis qdẽ pulmo ꝑm⁹ recipit: ſcðo cor reſpiratio ṽo q̃ eſt ꝑ aterias ꝑmo qdez cor ſcðo pulmo recipit: ⁊ ꝓꝑ h̃ de reſpiratio ne cõmemorãs de pulmõe mentiõez fecit: ſicut ſi ꝺſpi ratione q̃ eſt ꝑ arterias ſi faceret mentionez: cor ꝑordina ret: ſuꝑuacuũ aũt: qdaꝫ aũt huic ſmoni addũt ⁊ dicũt: ꝙ cauma ſuꝑuacuũ: vel intelligibile nõ inuenit: ſꝫ rõnẽ: qd aũt ẽ ꝙ dicit: graciliat ſõn⁹ mlt⁹: igit adijciendũ eſt inferiori ſmõi qd igr̃ itendit. ↑Et dicim⁹ ꝙ ſi fecerim⁹ ſõnũ in corꝑe nõ nutri to ⁊ vacuo: tũc tendit in ſõno calor nãlis ad ꝓfũditatez ⁊ defi ciens cibo debilis fit ⁊ frĩd⁹ ⁊ ſbtilis exñ nõ nutrit ſꝫ graciliat ſeip̃ꝫ: ſic ⁊ in exteriorib⁹ ignis niſi tꝑe ꝑmo nutriat ex lignis: ñ calefacit vicina loca: hñ aũt dixit: mult⁹ ſõn⁹: qd n. qñ inuenit modicũ cibũ nãlis calor: ⁊ mo dic⁹ fit ſõn⁹ ⁊ nutriunt mẽbra q̃uis ſit modic⁹ ſi ṽo cib⁹ nõ tribuat: et mult⁹ ſuꝑueniat: tunc graciliat ſõn⁹ mẽbra ꝓꝑ h̃ dicit: ꝙ oꝫ efferr̃ ciboſ añ ſõnos: qꝺ ⁊ ſuꝑi⁹ di ctũ eſt: labor cib⁹ ſõnus viſceribus. 35

Femina capra ex elaterio ⁊ cucumerem agreſtez comedens purgatio pueris.

Ex calido nutrimẽ to infrigidatio itrin ſecus laborꝫ extrin ſecus ſolis calore ſenſibilis tꝑe eſtiuo ꝯtrario aũt ꝯtraria

Cibi hi quidez velociter tenentur hi vero tarde.

Carnes tra hũt ⁊ ex vẽ tre iterius et exteri⁹ mani feſtũ ſenſui ⁊ inducen tes ſpiritũ ⁊ educentes ⁊c.

De fridis aũt ci bis facit men tiõez. ſ. legumib⁹ ⁊ ole rib⁹: ⁊ leguminũ qdez exẽplũ eſt lenticule: ⁊ ci borꝫ frumẽtariorꝫ mili um olerũ ṽo cucurbita: qd ẽ aũt ꝙ dicit. Fridiſ ſim⁹ cib⁹: nõ debuit di cẽ fridiſſim⁹ ſuꝑlatiue: ſꝫ fridũ: de fridiſ.n. mẽ tionẽ facit ſꝫ nõ ꝺ fridiſſimis ⁊ recipit exẽplũ leguminũ lenti culas frumẽti aut miliũ: olerũ cucurbitã. †Etenĩꝫ miliũ ꝺſiccat ⁊ ifrĩdat ⁊ lenticule: lenticule ṽo ſq̃moſũ hñt ripticũ ṽtutꝫ: fari na ṽo ⁊ qꝺ eſt interi⁹ frigidã ⁊ ꝯſtipatiuã: vel dicit ga. ꝙ facit q̃litatez ⁊ reſuſcitat: q̃litatẽ aũt facit aut ſꝫ quãdã q̃litatez: aut ĩ frigidatõez ꝯcludit nãlez calorez: ⁊ ſic efficit digõez. 36

Dicit h̃: ꝙ ſi eſt corp⁹ nõ purgatũ nõ oꝫ exercitũ dare ei in motione ⁊ caliditate: ſiqdez eſt ſbtilior mã efficit ex ãthimata: ſi ṽo eſt groſſa efficit opilatiõez ⁊ fert ad mẽbrꝫ nobi le multotiens: ſꝫ ꝯſidera ꝙ ſiquidẽ ẽ ſolũ ſbtilis mã hñ ꝯſue ta efficit vlcera: ſi vero ẽ cũ acumine male ꝯſueta efficit vlcera ⁊ tende aũt qd fit ꝑ illo ꝙ efficit noĩauit: non.n. vlcera ſunt q̃ ap ponunt ſed materia que vlcera efficit. 37

Conſidera hy. h̃ tibi dic̃: ꝙ de mulierib⁹ ⁊ viris men tionẽ fecit: ⁊ volum⁹ pueros curare: ⁊ ſi mlta ẽ mã i pue ro: ⁊ nõ patit helleborꝫ aut ſcamoneã aut aliqd purgatiuũ: qd oꝫ facere: ⁊ ſiquidez lactat: mr̃i ſue oꝫ dare electeriũ: qꝺ eſt cucu mer ſiluleſter: ⁊ ex h̃.n. efficit lac nutriẽtꝫ puerꝫ laxatiuũ ⁊ pur gat puer ſine macula: ſi ṽo non ẽ lactens ſꝫ mouit a lacte abſti nens: tũc accipe caprã q̃ comedat ſcamoneã aut cucumerẽ ſilue ſtrez ⁊ huius accipe lac ⁊ da puero ⁊ purgat: ⁊ ꝯſidera exinde ꝙ non ſoluꝫ cibus patitur in nobis ſꝫ agit in corpore: ꝙ.n. agat manifeſtũ eſt ex eo ꝙ ꝯfortant virtutes qꝺ aũt patiat: manife ſtat ꝑ ſiccũ vbi quidẽ mortale exñs vbi odoriferũ terre ſm q̃li tatem terre in qua naſcitur. 38

Extrinſecus ſolis calori ſenſibilis tꝑe eſtiuo: ꝯrio aũt ꝯ ria qꝺ in calido: quidã cuꝫ ſuperiori ꝯſcribunt: ꝙ oꝫ te pido aut modo emũcto lacte ⁊ calido exiſtente vti: quidã autez cuꝫ inferiori conſtruunt: ⁊ in calido dicunt. i. in calida mala cõ plexione in hac igit oꝫ dici ⁊ exterius ⁊ interius infrigidare: in terius quidez ꝑ frigidos cibos: ſed vt actione frigidos ſicut a quã: aut virtutez habentes infrigidandi ſicut lactuce exterius vero quidã dicunt ꝑ ſolez caliditatez ⁊ cooperimentũ: vt h̃ mõ accenſio euaporet ⁊ infrigidet ꝓfunditas aut igit h̃ dicas: aut dic ꝙ de his reminiſcitur dicens ſi calida diſtẽperantia accipia mus ſolem aut velamina ⁊ reliqua talia non proficimus ſꝫ po tius ledimus: oꝫ igit ⁊ exterius infrigidantia accipe infrigida vero diſtemperantia caleſacientia.

Manifeſtus eſt hic ſmo: dictũ ẽ.n. ꝙ debiles cibi non mo rantur multo tꝑe in ventre: fortia vero ⁊ nutrientia moratur.

Explicit quinta particula. Incipit ſexta. x

↑Nõ ꝙ ſõnus in corpore vacuus debilitat ⁊ infrigidat.

↑Qñ dẽat ꝓcedi balneũ in fluxu.

† Nota de lenticulis ⁊ milio.

Spiratio diuidit in iſpiratõez ⁊ reſpiratõnem.

qualr purgãdus ſit puer lactãs

Poſtq̃ determinauit hy. q̄ntā particulā p̄ītiſ negocij: in qua dedit nobis plura documenta naturalia ꝓgnitiua ⁊ medicinalia ꝯſequenter intēdit determinare ⁊ ſextā particulā. Et incipit p̄mo determiāre de nā ⁊ de opibus eius. Et ſciendū ꝙ carnes dicit nō ſoluꝫ carnoſuꝫ genus lacertoꝝ: ſed ⁊ oīa alia mēbra mollia eteni ⁊ venas ⁊ arterias ⁊ oīa huiuſmodi mēbra carnes appellat. † Dicit itaqꝫ ꝙ hec mēbra nutriunt̃ ſꝫ nō nutriunt̃ abſqꝫ attractiua virtute: ⁊ ſiue ſit in nobis attractiua v̄tuſ ſiue nō: ⁊ q̄uo agat nāle negociū ē: ⁊ de his efficit doctrinā: ⁊ volo nūc hic ingrēre: vt illud qđ eſt ex intentionē de itentiōe faciā

† Nutricatō abſqꝫ attractiua fieri non pōt

**In calidioribus venis: ſanguinis multitudo ſubleuat cauſonides ⁊ ꝯfeſtim expellit. Quibus pinguis quidē colerā rubeā ſanguis vero nigram.**

**Ratione memoria odoratu ⁊ aliis: ⁊ fame organoꝝ ſtudium labores balnea cibi potus ſomni libidines: omnia menſurata.**

† Hoc aūt ꝯuenit ſcire: ꝙ mēbra attrahūt aut nāliter aut ex neceſſitate: ⁊ nāliter qdē: ſicut cū opus ē vt nutriat̃ corp⁹: ⁊ tunc offerunt̃ cibi: hi aūt cibi digerunt̃ in ſtō: poſtea trahunt̃ p meſaraicas venas ad epar ⁊ ibi alterant̃ in ſanguinē: ⁊ ſic traducūtur p venas ad totū corpus. Multotiēs āt fit euaporatio ⁊ attrahit ſuperficies ex mēbris adiacētib⁹ humiditatē: ⁊ h̄ iterꝫ a p pings: ⁊ ſic fit quouſqꝫ attingat ep: poſtea ep attrahit a venis meſaraicis: ⁊ he a ſtō: ⁊ ſtōach⁹ ab orificio ſuo: ⁊ ſic fit appetit⁹: aliquotiēs āt ſtōachus qdē indiget: ep vero hꝫ multū nutrimētū: ⁊ tūc ep nō attrahit a ſtō: ſꝫ ſtōach⁹ ab epate: ⁊ eniꝫ ꝙ debili⁹ eſt multotiēs forti⁹ efficit̃ quodā forti: ſicut. n. ſiqs exiſtit in iuuenili etate: indiget nutrimēto: ali⁹ vero exñs in ſenectute abundat multo nutrimēto: ⁊ iuuenis accipit a ſene cibū: ſener vero dat ei: ⁊ fit iuuenis tūc debilioꝛ ſene: ſimilr̄ ⁊ in mēbris ſtomach⁹ q̄ q̄dā cibū tradit oīb⁹: nūc fit recipiens: hoc itaqꝫ dicit violentū eē nutrimentū pp attractiuā v̄tutē: nō. n. pp violentiā vacui: ſi. n. pp vacuū attraherēt attrahētia intantū ōberent attrahē q̄uſqꝫ ipleret̃ vacuū ⁊ nunq̃ fieret corpus plectori cū ⁊ egritudo. Et ſciendū ꝙ q̄ attrahunt̃ violētia vacui: nō ſolū ſm nām ſunt: ſꝫ ex nāꝫ: quotiēs qdē. n. lapis a ſupiori fert̃ ad terrā ⁊ non ſm nāꝫ attrahit̃ ad inferi⁹ violētia vacui ad terrā tanq̄ appetēs ipſaꝫ: vt ad ꝓpriā m̄reꝫ capientē totalitatē. Si vō ad ſupioꝛa tendat violētia vacui: q̄ñ ⁊ ipſa terra multotiēs pp vacuū trahit̃ ad ſupioꝛa: tūc extra nāꝫ fit ipſa motio: ſꝫ poſtq̄ hec dixim⁹ veniam⁹ ad ꝓpoſitū: hy. n. attractiuā v̄tutē dicit q̄ ē ſm nām: nō dicit. n. ipſaꝫ q̄ ē violētia vacui ⁊ qd dicit hy. q̄ñ carnes attrahūt ex vētre ⁊ interius ⁊ exterius: ex vētre nūc non dicit ex ſolo ſtō: ſꝫ ex vētre dicit ex oī ꝯcauitate ⁊ ſtomachi ⁊ venaꝝ ⁊ arteriaꝝ: ⁊ q̄uocūqꝫ interi⁹ fiat attractio iā dictū eſt ꝙ mēbroꝝ attrahentiū nutrimētū ex vaſis. Exteri⁹ vō q̄uo dicit fieri attractionē: aut q̄ñ ⁊ ſupficie adiacentia mēbra attrahunt q̄ñ ꝓpter inſpirationē ⁊ ꝯſtrictictionē arteriarū inducit̃ ab exterioꝛi frigidus aer q extinguit calidā ineq̄litatē q̄ ē in nobis: ⁊ ꝯfortat caloꝛē naturalē: ſicut ⁊ aſclepiades opinat⁹ ē ⁊ Eraſiſtrat⁹. † Hi. n. dicebāt ꝙ inductio ſpūs fit p multas ꝯſideratōes: aut ꝙ materia fiat nālis ſpūs vitalis ⁊ aīalis. Secūda ꝯſideratio eſt: aut q̄ñ inductio ſpūs fit vt reſtringeret caloꝛē nāleꝫ ⁊ ꝯfortet vitalē virtutē. Tertia ꝯſideratio: q̄ñ īductio ſpūs fit ꝓpter pulmonē: multotiēs. n. groſſus hūoꝛ continet̃ in eo ⁊ ꝓpter huius īſpirationē ſ̄tiliat̃ iſte humoꝛ. Quarta ꝯſideratio eſt: q̄ñ motio excitat ocioſuꝫ. Sic igit̃ ⁊ h̄ fridus aer iteri⁹ ſpūs excitat mēbra: ⁊ defluētia ⁊ ſopita fortificat. Diſcordāt aūt Eraſiſtrat⁹ ⁊ Aſclepiades adinuicē q̄ñ qdē aſclepiades dicebat inductionē ſpūs fieri ꝓpter ſpūꝫ aīalē: eraſiſtratuſ do pp vitalē fortitudinē. Nos āt dicim⁹ ꝙ collat̃ illoꝝ rōnib⁹ adinuicē ⁊ vera ⁊ ꝯſona inuenit̃ opinio: etenim pp vtraqꝫ fit inductio ſpūs: veni aūt ſpūs ⁊ primo excitat vitalē virtutē poſtea ſic aſcendit: ⁊ ethereus ⁊ ſplendidus fact⁹ aptus efficit̃ ad ſplendoꝛē rōnalis aīe: ⁊ hec quidē de inductiōe ſpūs d̄ eductiōe vō nihil dixerūt. Nos igit̃ dicim⁹ ꝙ eductio ſpūs fit vt fumoſe ſupfluitates q̄ ſunt in nobis egrediant̃: ⁊ hec hꝫ p̄ſens intentio. Carnes trahūt. Dictū eſt aūt nobis q̄ñ nālē virtutē hic dicit hy. attractiuā ⁊ ꝙ eraſiſtratus ⁊ aſclepiadeſ deſtruxerūt nāles virtutes. Sꝫ oꝫ nos ſcire ꝙ magis eraſiſtrat⁹ vituperanduſ ē q̄ aſclepiades: q̄ñ aſclepiades qdē ꝓꝑe opinioni intēdēs ꝓpoſuit deſtruere nālē v̄tutē: ⁊ pp hoc nāles virtutes nō ꝯcedebat eē: eraſiſtrat⁹ vero nāꝫ ſupponēs virtutes ipſius deſtruit. Et iteri⁹ ⁊ exterius. Didiciſtis. n. q̄uo fit attractio ⁊ iteriuſ ⁊ exteri⁹. G. vero in ꝓpria hyſtoria credit ſmoni ꝙ attractio fit ab exterioꝛib⁹: ſicut. n. qdaꝫ ābulās in ſole ⁊ deſiccatuſ balneat⁹ eſt: ⁊ in balneo hūectatū ē coꝛpus: ⁊ ſitis huic ſupuenit ꝓpter eſtū: ⁊ diſſoluta ē in balneo ⁊ vnde hoc ꝯtingit: ⁊ manifeſtū ē ꝙ vaſa appetitiua attraxere hūiditatē balnei ad ꝓfundū: rarificatis. n. poꝛis ex caliditate niſi velimus dicere ꝙ hūiditas balnei nō ꝑuenit ad ꝓfunditateꝫ: ſꝫ q̄ñ humoꝛ q erat extriſecus: diffuſus ex caliditate balnei: ⁊ hūectauit appetitiua vaſa ⁊ ſitis ceſſauit. Ex his igit̃ habes ꝙ nō ſolū ſpūs iducit̃ ex iſpiratiōe ⁊ ꝯſtrictione arteriaꝝ: ſꝫ ēt hūiditas ſicut declarauit nobis teſtimoniū huius ſmonis: māifeſtū ſenſui. Quidā āt libꝛoꝝ hn̄t ſenſui in datiuo caſu quidā autē ſenſus in noīatiuo. Quidā. n. ꝯſiderātes ſoleciſmum eſſe in noīatiuo: datiuū poſuerūt: q̄ſi di. manifeſtū ē ſenſui: qdaꝫ aūt. Senſus ſcribunt in noīatiuo dicētes: ꝙ ſenſus faciet tibi hec manifeſtuꝫ eſt. 2

† Nutricatio non p̄t abſqꝫ attractiua v̄tute fieri.

Nō q̄uo ſiat attractio p inferius aut p exterius.

Que violētia vacui attrahunt̃ ex nāꝫ moueri dicat̃.

† Nō opiniones m̄ltas de inductione ſpūſ

Qualr̄ eraſiſtrat⁹ ⁊ aſclepias virtutes nāles d̄ſtruxerūt

Quidā āt dicūt ꝙ hic ſmo alius ē a p̄dicto dicūt eniꝫ ꝙ vult h̄ oꝛiam dicere tertiane: q̄ñ tertiana aut extra vaſa fit ⁊ putrefit ⁊ ē deficiens aut intra vaſa: ⁊ appellat̃ cauſon: nos vero dicim⁹ ꝯtinu⁹ ē h̄ ſmo p̄dicto: in illo. n. de inductiōe ſpūs fecit mentionē hic āt ⁊ de eductiōe ipſius intēdit: ⁊ qd ē ꝙ dicit calidioꝛē venā: ⁊ dicim⁹ diſpatū qđ hn̄s calidā ineq̄litatē venā intelligit arteriā ſicut alibi dixit. Si vene q̄ ſunt in tēpoꝛibus pulſant. Quid āt ē h̄ qđ dicit h̄: ⁊ dicim⁹ ꝙ in arteria fit ineq̄litas: ⁊ diſſpatus fit ſāguis calid⁹ q eſt in ea: ⁊ exinde multa fumoſitas cōtinet̃ indigeſtamā q̄ eſt in ea ⁊ īfirmata alteratiuā ⁊ tūc excitat̃ expulſiua ⁊ expellit ⁊ remouet hāc fumoſitatē: nō. n. ē inconueniēs alteratiua infirma exñte: expulſiuā forte eē: et ꝯſidera q̄uo ſignificatiuis dictōibus vtit̃ hy. Dicit. n. ꝙ ⁊ ꝯfeſtiꝫ expellit: fit āt hmōi fumoſitas h̄ mō: multotiēs. n. multitudo ſanguinis ꝯtinet̃ in arteria: ⁊ ex hac multitudine ſubleuat ⁊ v̄: re gredit̃ ⁊ diſſoluit̃ calida inequalitas quā inequalitatē cauſonidē noīauit. † Dic āt rurſus vitupat̃ Eraſiſtrat⁹ iſte. n. dicebat ſanguineꝫ nō ꝯtineri in arterijs: ſꝫ ſpūꝫ ſolū ⁊ vbi mā icidit ad arteriā hāc remouet ad terminos arteriaꝝ ⁊ vbi ꝯſtrigit ⁊ efficit̃ apata: hy. vō dicit: ꝙ mā ꝯtinet̃: ⁊ ipā m̄ltotiēſ ſupabūdat ⁊ ex nāꝫ fit: q̄tiēs āt dico māꝫ q̄ ē in arterijs multā nō dico tantā quantaꝫ eſt in venis ſꝫ reſpectu ipāꝝ arteriaꝝ aut reſpectu ſubiecte virtutis. 3

Nō tm̄ ſpūs ſꝫ eſſe ſanguis dicitur arterijs in eſſe.

Uult p hec hy. ⁊ cās humoꝝ aſſignare ⁊ dicit: ꝙ colera ru. generat̃ ex pinguib⁹: ⁊ ipinguantib⁹ nigra vero co. ex ſanguine: ſanguis eniꝫ aut diſſpatus fit ⁊ furioſus ⁊ generat nigrā colerā aut groſſuſ ⁊ terrenus efficit melancholicū humoꝛē: ſemp. n. melācholicus humoꝛ ex groſſioꝛib⁹ hꝫ generationē.

Semp̄ melācholicuſ humoꝛ ex groſſioꝛib⁹ hꝫ generationem.

Hic āt ſmo nālis ē ⁊ ꝓnoſticus: ⁊ ſciaꝫ cognitionis oſidit. Sꝫ p̄mo volo dicē q̄uo ē nālis: oꝫ āt a ꝓpōneꝫ ꝯſtruere ſmōi ⁊ dicere a rōne a memoꝛia ab odoꝛatu. Et hic ſermo a q̄buſdā in tres diuiditur: a q̄buſdā vero in duas: ⁊ ad tres qdē iſta ē p̄ma ps. Rōne memoꝛia odoꝛatu ⁊ aliꝭ ⁊ fame. Secunda vero organoꝝ ſtudiū laboꝛes. Tertia: Balnea cibi ⁊c. Ad duas aūt diuidit̃ h̄ ſermo ſic. Prim⁹ qdē ē. Rōne memoꝛia odoꝛatu ⁊ aliꝭ: ⁊ fames organoꝝ ſtudiū: ſecūda vero. Laboꝛes balnea ⁊c. Incipiam⁹ āt a p̄mo: ⁊ oſtē

dimus q̃liter ẽ nãlis h̃ ſmo: intẽdit ãt h hy. ⁊ de aĩali bus virtutib⁹ mẽtionẽ facẽ ⁊ de ſenſibilib⁹: de alalib⁹ quidẽ vt oñantiũ exẽplũ accepit rõnẽ. ſ. itellectũ: ⁊ medici qdẽ cõplexionẽ dicũt eã ſeq: phi qdẽ dicũt: ꝙ rõnalis aĩa vtit̃ cõplexiõe tanq̃ organo: mentionẽ ãt fecit ⁊ de memoria: ⁊ ipſa. n. ꝑ cõplexionẽ agit ſic ⁊ fantaſia: didiciſtis. n. ꝙ memoria ꝑ ſiccã cõplexionẽ ſuatur: fantaſia vo ꝑ hũidũ. † Sẽſuñ vo accepit ex

P Er frigidior aer ĩ frigido tpe ⁊ in regiõe per calidior erit.

† Nota h̃ de odoratu

emplũ odorẽ ꝑcipiẽs nos ⁊ alioꝝ facere mẽtionẽ ex eo ꝙ medi⁹ ẽ viſus ⁊ audit⁹: aut qñ ipſe odoratiu⁹ ſẽſus vĩ aliq̃ mõ aĩalis eẽ ꝑꝑ id qd̃ nõ in ſenſibili mẽbro ẽ ſʒ in reſpirabilib⁹ cerebri q̃ ſunt in ſpẽ mãmillaꝝ: ⁊ ipẽ q dẽ de odore cõmemorat: tu vo ⁊ alios itellige: ꝑꝑ h ipẽ dixit. Et alijs de fame ãt mentionẽ fecit: vt iueſtiges vñ fit ipſa fames ⁊ appetit⁹: ⁊ qñ ꝑmus ẽ ⁊ ipſe appetitus actio nature ſm quã ⁊ ꝯtactus nobis fit in appetitu: ſm h̃ ⁊ aĩalis dĩ appetit⁹: organoꝝ vo ſtudiũ dicit q̃ñ ſanitatẽ organoꝝ. Et qd̃ ſupius dixit: defectiue ſtudiũ ſanitatis: irrepletio nutrimẽti: hoc ãt h latius intẽdit tradere dicit. n. ꝙ fit ipſa ſanitas organoꝝ ꝑ labores balnea ⁊ cibos: ⁊ vniuerſalit̃ oĩa ꝯſequẽtia: ꝑ labores quidẽ vt ꝑ exercitiũ euaporẽt ſupfluitates: balnea autẽ vt relique ſupfluitatũ q̃ nõ expurgata ſunt in exercitio vt in balneo euaporẽt ⁊ humectent̃ mẽbra deſiccata exercitio: cibos vero dicit vt nutriat̃ noſtrũ corpus: ⁊ ꝙ ãt cibi traditi nõ fiant ſicut lapis ⁊ gypſuʒ in nr̃o corpore ꝑꝑ hoc potũ appetim⁹ vt tanq̃ paſta fiat cibus qñ ãt ipſe cib⁹ nõ ſimilit̃ digerit̃ in vigilia ⁊ in ſomno ꝑꝑ hoc de ſomno cõmemorat. De luxuria. n. cõmemorat vt oñdat tibi: ꝙ nõ oʒ his vti neqʒ repletũ neqʒ vacuũ ſʒ neqʒ etiã ꝑ malã delectationẽ ſʒ ꝑ gnãtionẽ. Et ſciens nota: ꝙ ſpẽs poſuit: ⁊ ordinationẽ ſtatuit ⁊ quãtitateʒ cõmenſurauit: ⁊ ſpẽm quidẽ ꝓpter cõnumerationẽ horũ ſex. ſ. laboꝝ balneoꝝ ⁊ alioꝝ ꝯſequẽtiũ ordinationẽ aũt aſſignauit hoc mõ quantitatẽ cõmenſurauit ꝑ vnaʒ dictionẽ dicẽdo: oĩa cõmenſurata ſic. Sigdẽ igit̃ hẽs ꝙ nãlis ẽ h ſmo. Quõ ãt oſtẽdim⁹ ꝙ dat nobis cognitionẽ: ⁊ ẽ ꝓnoſticus: de rõne mentionẽ fecit vt ingras vtrũ alienat patiens aut dormit: de memoria vt ex ipa accipiam⁹ cognitionẽ ſic. n. multotiens aliqs hʒ leſam memoriã: ⁊ dicit deferas mihi hos vas: ⁊ ſtatiʒ obliuiſcit̃ que dixit: ab odore ãt cognoſcimus ex eo ꝙ odorabilia cogitat eſſe fetida. A fame ãt ſiue ſm naturã ẽ appetitus ſiue frigidus ſit humor q ꝯtinet̃ ⁊ caninus fit appetitus: ꝯſidera aũt artẽ. ga. vo potius dilectionem quã habuit erga hominẽ cũ. n. hy. hic de his ſex mẽtionẽ voluit facere: hec accepit ga. ⁊ fecit ſex libros d̃ ſanis. Ingſiuit. n. de laboribus. i. exercitijs: labores ãt h dicit exercitia. Ingrimus ãt in his q̃le oʒ habere exercitiũ oʒ. n. ſimilia facere: vt ſi totuʒ corpus volueris exercere vtere parua circulatione: ſi vero oculos lege: ſi vo manus ſcribe: ſi vero pedes ãbula: ⁊ iteꝝ inquirimus ſi cũ oleo oʒ facere fricationes ⁊ debẽt eſſe in exercitio aut ſine illo fricare ⁊ inquantũ hec expediũt fieri: hec oĩa inueſtigãs fecit primuʒ librũ. † In ſecũdo vero inueſtigauit de balneis: que ⁊ in magategni dixit: ꝙ q̃ttuor ſũt ꝑtes balnei: eſt. n. qd̃ eſt aeris: poſtea aũt qd̃ eſt aque calide aq̃: ⁊ tertiũ qd̃ eſt frigide: ⁊ q̃rtũ qd̃ ẽ fricationuʒ: et oʒ ingrere vtrũ corpus indiget euaporatiõe: ita ꝙ facias ipm̃ ſtare plurib⁹ horis: ſi vero hũectare in calida regiõe: ſi vo extinguere calidaʒ ineq̃litatẽ in frida: ſi vero hũiditateʒ vti fricatiõib⁹: multotiẽs. n. ad pedes volum⁹ attrahere mãm: ⁊ tũc vtimur denſis fricationib⁹ ſi vo nolum⁹ hoc facere ſʒ deſicare ſoluʒ ſimplicit̃ fricationibus: oʒ aũt ꝯſiderare balnea: vtrũ ſint aquaꝝ dulciũ vt dictuʒ eſt: aut nitroſa aut ſulſurea: aliquotiẽs ãt his indigemus: in tertio vero libro ingrit de cibis: aut hñ

De iuuamẽtis exercitij balnei ⁊ potus.

† Nota de q̃ttuor ꝑtib⁹ balnei

digeſtibiles ſunt: aut male: aut groſſi humores: aut boni: aut multũ nutrientes: aut paꝝ: ⁊ aut nutriũt ſolũ: aut medicine iuuamentuʒ retinẽt: in q̃rto vero ſmone de potib⁹ determinat: quidã. n. ſũt q oĩo nõ vtunt̃ vino qdã ãt vtunt̃ vino: ⁊ vino aut rubeo aut albo aut aliq̊ hmõi: ⁊ h̃ nõ ſolũ ſm differentẽ regionẽ ſcribit: ſed ſm differenteʒ etateʒ: ⁊ in his oĩbus diligentiam exhibuit ga. pueris eniʒ lactentibus lac damus ⁊ nõ vinuʒ: iuuenibus aũt vinũ ſenibus vero ⁊ multum vinuʒ. ↑ In quinto vero

D Olorũ proximũ vẽtreʒ purgare: ſãguis vero ventrẽ diuide

libro de ſomno inquirit: aut añ cibũ aut p⁹ cibũ fiat ſomnus: qñ in humidis nõ oʒ ſomnuʒ aſſumere neqʒ patientib⁹ ſtuporẽ ſed vigiliã: in calidis vero ⁊ ſiccis ſomnũ. itẽ ⁊ ſi p⁹ cibuʒ dormiat vt cibi nõ ſupnatent: ſʒ ꝑmo moueat̃ moderate vt cibus reſideat ⁊ ſtet in ſupficie: ⁊ nõ ſoluʒ hoc ſed vt caliditas maior efficiat digeſtionẽ: in ſexto vero inquirit de luxuria: ⁊ dicit ꝙ nõ oʒ poſt repletionẽ hac vti ſed poſt digeſtionẽ: qñ ad cruduʒ humorẽ ꝑmutat̃ nutrimentũ ⁊ oppilationes efficit ⁊ apoplexiã: in hac. n. mentione ⁊ ꝑturbatione mouent̃ oĩa mẽbra ꝑncipalia ⁊ nõ ꝑncipalia: mouet̃ aũt materia: ⁊ ipſa multotiẽs fert̃ ad cor: ⁊ efficit ſyncopim. ↑ Multotiẽs ãt ad cerebrũ: ⁊ efficit apoplexiaʒ: vñ ⁊ hmõi hyſtorie reminiſcit̃ gal. ꝙ vir qdaʒ poſt cenã repletus cibis iacuit cũ muliere ⁊ agẽs in ipſaʒ ſtati vehemẽter reſpirans mortuus ẽ ſicut mulier teſtata ẽ: ⁊ iam hec mulier deducta in iudiciũ accuſabat̃ de homicidio: q̃ reſpõdẽs negabat homicidiũ veꝝ negocij cauſam recitabat dicẽs: ꝙ ego nõ interfeci ipſuʒ: ſed poſt cibũ repletus cibis: ⁊ hñs rem mecuʒ apopleticus factus mortuus ẽ: ſup quo interrogati medici ſi põt hoc fieri: qui reſpondentes dixerunt ꝙ ſic: ⁊ mulieres a cruciaminibus liberarũt: ex his itaqʒ habes ꝙ nõ oʒ ꝑ malã ꝯcupiſcenriã vti libidine neqʒ in quolibet tempore ſed poſt digeſtioneʒ ⁊ propter generationem. Et hec omnia oʒ cõmenſurata agere: hec habet preſens intentio. 4

↑ Nota hic de ſomno.

↑ Nota de coitu.

S I bene recolitis multis modis excitans nos hy. docet nos curas: ſic igit̃ ſupius per calidã cõplexionẽ curãs per infrigidãtia vniuerſaliter: ꝯſequenter intẽdit hec ⁊ de ꝯ̃ria inequalitate curã aſſignare. ſ. frigida: ⁊ dicit: qñ hec ꝑ frigida curat̃: ſed quidã cõmentatoꝝ hic nõ intelligentes hy. dicunt: ꝙ ſi calida ineq̃litas eſt cũ frigidis curat̃: quõ poſſibile eſt ⁊ frigidaʒ ex eiſdẽ curari. Deridenti ſunt ãt iſti. ↑ Ignorãt eniʒ hi ꝙ duplex eſt ſpẽs curatiõis: curatio eniʒ aut ſm primã rõneʒ eſt: ſicut ꝯ̃ria ex ꝯ̃rijs diſſoluunt̃: aut ſm accidẽs: ſicut ſimilia ex ſimilib⁹: ſicut in ꝯgelatione dentiuʒ portulacã offerimus ⁊ in tetano aquã frigidã: de quo dixit hy. Eſt aũt ⁊ in tetano vbi ſine vulnere iuuene bñ carnoſo: eſtate media frigide multe aque infuſio: caloris reuocationẽ facit calida ãt imfundũtur hec oĩa. Sed ꝯſidera qñ nõ oʒ ad vnãquãq̃ frigiditatẽ fridis vti: vt hec nõ tẽdant ad ꝓfundũ ⁊ extinguãt naturalẽ calorẽ: ſʒ qñ vides ꝙ eſt aliqd ꝙ põt reſiſtere frigidati: ſicut hy. bñ carnoſo dixit: ſic ⁊ tu conſidera ſi fuerit patiens bene carnoſus: ſiue habuerit forteʒ virtuteʒ: ⁊ tunc offeras frigida: ꝙ. n. quidẽ opus eſt reſiſterie vt macreſcat profunditas. † Manifeſtuʒ ex auibus rapacibus: qñ in his nõ eſt multa diſtantia ſupficiei ad profunduʒ: ideoqʒ quideʒ in eſtate agreſtes ſunt ⁊ nõ bene venantes in hyeme vero quia frigiditas tendit ad profunduʒ: ⁊ has graciliat ideoqʒ ſicut graciles ſunt ⁊ facile ad man⁹ peruenientes: ⁊ hoc eſt quod intendit. Per calidior erit. Nuc ãt veniens galienus dixit: ꝙ ꝑpoſitio male preponit̃: nõ eniʒ intantuʒ calefacimus vt ad ꝯ̃riam veniamus qualitatẽ: ⁊ iteꝝ cogamur infrigidare: ⁊ iteꝝ calefacere: ⁊ ſic inueniemus telam penolopes texere. 5

↑ Nota de duplici ſpẽ curationis.

† Nota h̃ de auibus rapacibus

T Ranſfert ſe hy. ad alium ſermonem: mirabilis auteʒ eſt ⁊ medicinalis: ſed oʒ me preaſſumere quedaʒ: ⁊ ſic deuenire ad medicinam. † Qñ auteʒ de dolore mentionẽ facit inueſtigemus qd eſt dolor: ⁊ que ſunt mẽbra q̃ dolent ⁊ tertiũ vtrũ vnuʒ eſt efficiens mẽbrũ: vtrũ plura: ⁊ quartũ ſiue interius ſiue exterius: vltio vero dĩas hoꝝ. Incipiamus igitur a ꝑmo; dolor eſt ſenſus rei nocitiue: ſed ꝑ ꝑmũ ⁊ ſcdm̃ nobis viſi. n. dolor eſt ſenſus rei nocitiue: ⁊ manifeſtũ eſt ꝙ mẽbra ſen-

† Nõ qd ſit dolor et q̃ ſint mẽbra dolentia.

ſibilia dolent: verbi grã: carnes: nerui lacerti: vnde ⁊ oſſa ſicut
inſenſibilia patiunt̃ quidez: nõ tñ ſentiunt. Tertio aũt eſt in-
quirere: ſiue vna ſit cã efficiens dolorẽ ſiue multe ſ; hoc cũ quar
to capitulo appebit: quartũ .n. eſt ingrere ſiue interius ſiue ex
terius: ſi vero ⁊ interi⁹ ⁊ exterius ſint cauſe: manifeſtũ eſt ꝙ nõ
eſt vnũ ſ; plures: vñ dicamus hoꝝ exẽpla ⁊ exterioꝝ qdẽ exẽ
plũ ſit: verbi gratia nix:
ignis lapis: ſed lapis
aut obtundẽs ↄterit ſo
lũ aut acutus incidit ſi
militer ⁊ enſis diuiſiõe
efficit dolorez. S; ↄſi

re inciſione exuſtio: eſtus: in
frigidatio: ſternuatio planta
tarum humores ex quibus

dera hic ꝙ dolor iſte fiendoꝝ nõ factoꝝ eſt: inquantũ qdẽ enim
eſt enſis efficiẽs fiendoꝝ: dr̃ qñ mouet̃ vero enſis factoꝝ dr̃: ſi
vero dubitabit aliqs dicat: nõne poſt remotionẽ enſis nõ do-
let mẽbꝝ: audiat ãt a nobis ꝙ materia eſt q̃ poſterius fluit: que
dolorẽ efficit: qñ nõ enſis. Et hec ſũt exẽpla exterioꝝ: interio
rũ vero ſicut colera ru. eſt corroſionẽ agẽs: ⁊ tanq̃ acus pũgẽs:
eſt aũt ⁊ flegmaticus humor infrigidãs: ⁊ aſſimilat̃ niui: ⁊ ef
ficit dolorẽ. † Sed o; nos ſcire: ꝙ oĩa alia ſubita tranſmutatio
ne efficiũt infrigidatio vero multo tp̃e eget ad efficiendu; do-
lorez: ⁊ qd dicimus ꝙ nõ ſimpliciter ꝑpter repentinã trãſmu-
tationẽ efficit dolorẽ infrigidatio: ſed pp inequalitatẽ q̃ fit a ca-
lido ad frigidũ: ſcuit. n. nã in oĩ inequalitate pturbari ⁊ ledi: ⁊
hec ſunt de flegmate: melancholicus vero humor ꝑportionat̃
lapidi obtundẽti ꝑpter grauitatẽ: nigra vero colera ſi a ſangui
ne fit qñ hic ſanguis groſſior eſt colera rubea ⁊ ſuauior aſſimi-
milat̃ lapidi incidenti: ſi vero a colera rubea exuſta fit: aſſimila
tur gladio incidenti: ⁊ ſunt ꝑticulares cauſe dolorem agentes.
† Qñ ãt nõ o; nos de oĩbus ꝑticularib⁹ ꝑtranſire: igit̃ reduca
mus hec ad aliqua duo generaliora: ⁊ dicam⁹ ſic: ꝙ oĩs dolor
ſit aut pp repentinã mutationẽ: aut pp diſſolutionẽ ↄtinuita
tis qualitates qdẽ. n. pp repentinã mutationẽ efficiunt dolo-
rẽ: materia vero ꝑpter diſſolutionẽ ↄtinuitatis. Sed poſtq̃
cauſas dolorũ didiciſtis: veniamus ad vltimu;: ⁊ dicam⁹ dif
ferentiã hoꝝ doloꝝ. Dolor. n. ſupuenit aut ꝑpter qualitatez:
aut pp quãtitatẽ hũoris: aut pp aliquẽ tumorẽ: ꝑpter qualita
tẽ quidẽ: ſicut a calido in frigidũ fiat trãſmutatio: aut a frigido
in calidũ: aut a ſicco humidũ: aut ab humido ad ſiccũ: aut i ſen-
ſibus hoꝝ. † ꝙ aũt ⁊ ſiccitas põt facere dolorẽ manifeſtũ eſt ex
diſtẽſione cutis: ⁊ ſic quidẽ ⁊ qualitate: a quãtitate vero materie
queãdmodũ qñ multa exiſtẽs materia facit opilationẽ aut gra
uedinẽ aut aliquẽ aliũ hmõi dolorẽ: a tumore vero ſicut cu; fit
aliqs tumor recto inteſtino dolor ſupuenit veſice: ipſa. n. veſi-
ca depſſa ⁊ coãguſtata a tumore ſimul ⁊ dolet ⁊ retinet vrinam
ſimiliter ⁊ in mulierib⁹ tumore ſupueniente circa femur coan
guſtant̃ ea q̃ ſunt circa matricẽ ⁊ dolẽt: ⁊ ꝑpter hoc dicim⁹ ꝙ ⁊
a tumore ſupuenit dolor: fortaſſis aũt ⁊ ꝑpter diſtenſionẽ i tu
more eni; diſtenſio fit: ⁊ in diſtenſione hmõi dolor ſupuenit: ⁊
hoc eſt veꝝ ⁊ manifeſtũ: ſic eſt ſi fiat tumor infrigida mã: ipſa
frigiditas groſſiorẽ efficit materiã: ⁊ diſtẽdit cutẽ: ⁊ in diſtenſio
ne fit dolor. Habes igit̃ ⁊ ex his drĩas doloꝝ: ſed poſtq̃ ꝑdixi
mus hec: deueniamus ⁊ ad ipſas curas: ⁊ videam⁹ ꝑ hoc qd
ctione forti: de-
inde ipſiū tene
at quantū pōt.
et ea etiam ſunt
operatiōes q̄ ge
nerant altas vo
ces: ⁊ voces que
fiunt cum fiſtu
la ⁊ eleuatio ſer-
monis ⁊ voces
vehemētes ⁊ ſi-
milia his que
exigit diſpoſitio
preſens. 64

De cura ſuperfluitatū pectoris ⁊ lacertorum eius.

Et quecūq̄ quidē circa curuitatē pecca uerūt ⁊ hec ſimiliter poſſūt coꝛrigi qđ adhuc au gmētāde pfecte vero nō poſ ſūt paruaſ igit̄ curuitateſ ali gatio ⁊ quies magnas vero opatio ptiū ⁊ retētio ſpirit⁹ operat̄ ita vero ⁊ quecūq̄ ſe cūdū poꝛos aut oꝛificia.

Et mēbꝛa q̄ habent nocumētū ſimiliter in ꝯcauitate ⁊ pꝛofū ditate que ſunt in eis poſſi bile ē vt rectificetur illud no cumētū dum permanent in augmēto ſi autē iam cōpleta ſunt nō eſt poſſibilis eoꝛum rectificatio. ⁊ illud quod mi noꝛat concauitatē ⁊ pꝛofun ditatem quando eſt maioꝛ q̄ opoꝛtet eſt quies ⁊ ſtrictu ra ⁊ illđ quod magnificat cō cauitatē mēbꝛoꝛū ⁊ eoꝛū pꝛo funditatē quando eſt minoꝛ q̄ opoꝛtet eſt motus illoꝛū mēbꝛoꝝ ⁊ retētio ſpiritus ⁊ intētio retētionis ſpiritus ē vt attrahat̄ ſpirituſ ⁊ impel lat̄ ad interioꝛa ipulſione ve hemēti. ⁊ ſcđm hāc ſimilitu dinem etiam dilectāt̄ ⁊ con ſtringunt̄ meatus ⁊ oꝛificia eoꝛum.

Et quecunq̄ quidē maioꝛa quā opoꝛtꝫ quies ⁊ alligatio ap ta nata ē minoꝛa efficere ma ioꝛes vero efficit parteſ mo tio ſecūdū naturā cum frica tione moderata ⁊ aliis que cūq̄ nata ſunt ad ſuperficieꝫ ſanguinē trahere multum.

Et mēbꝛa etiaꝫ que ſunt maioꝛa quam opoꝛtet quies ⁊ ſtrictura cō ueniens minoꝛat ea ⁊ mem bꝛa que ſunt minoꝛa quam opoꝛtet motus naturalis eo rum ⁊ fricatio temperata ⁊

Iſte ſer
mo eſt i
tellect⁹:
⁊ ſpecies quidē
fricationis ſunt
multe. ex ea eni
ē leuis vel mol
lis: ⁊ ex ea ē du-
ra: ⁊ ex ea ē par-
ua. ⁊ ex ea ē mul
ta. ⁊ ex ea ē eq̄liſ
⁊ iam exquiſite
perſcrutatus eſt
ga. ſmonem i ea
in regimine ſa-
nitatis. Elige
ergo ex ſpecieb⁹

De ſpeciebus fricationis.

fricationis in oī mēbꝛo illud quod conuenit ei ⁊ cum
quantitate que neceſſaria eſt in eo. qui ergo vult ſcire il
lud quo indiget de eſſe fricationis vel accipiat illud

ex libꝛo illo. 65
Membꝛa quoꝛum generatio ē ex ſanguine ſunt caro ⁊ q̄
currūt curſu eius. ⁊ nobis q̄dem poſſibile ē vt facia-
mus naſci carnē in vlcere pꝛofundo cū perijt vel dimi
nuta ē pars carnis ⁊ recenteꝫ carnem cū medicinis q̄ calefaciūt
calefactiōe parua ⁊ abſtringūt ⁊ abſtergūt ſoꝛdiciē. ⁊ Sicut ari
ſtologia oꝛobus ⁊ oliba
nū ⁊ pix ⁊ mel. Mem-
bꝛa vero quoꝝ gnātio ē
ex ſpermate ſūt: oſſa ⁊
nerui ⁊ reliq̄ mēbꝛa alia
radicalia. Et nobis q̄
deꝫ poſſibile ē vt cābia
mus loco oſſis dꝛubacū
i. poꝝ. ⁊ ſecūdū ſimili-
tudinē ē ſmo in religs
Et galie. q̄deꝫ oſtendit
q̄ faciēs cōplemētum
eius qđ diminutū ē. ⁊
cābiū ei⁹ ē nā ⁊ dic. 66

Nota hīc de ariſtologia orobo olibano pice ⁊ mele

reliq̄ue res q̄ trahūt ſāguinē pulrimū ad ipſa adiuuāt ad magnificandum ea.

Deficientiū vero par tiū quecūq̄ quidē ex ſanguine habent generationeꝫ nō impoſſibi lis eſt eoꝛū coꝛrectio. quicū q̄ vero ex ſemine pauco ha bent generationeꝫ eaꝝ ipoſ ſibiliſ eſt coꝛrectio ē tamen p his aliquando facere alia p xima his habentia vtilitate

Membꝛa autem quo rum numerus eſt di minutus tunc quo rumcunq̄ ex eis generatio eſt ex ſanguine poſſibile eſt vt compleantur ⁊ quoꝛum cunq̄ ex eis generatio eſt ex ſpermate foꝛſitan cōplemen tum eſt impoſſibile verum tamen poſſibile eſt membꝛiſ multis vt permutetur loco eius q̄ diminuitur aliquid quod ſtet loco ⁊ compleat il lud.

Omnū autē hoꝛū natura quidem ope ratrix medicus vero miniſter.

Et facienſ totū q̄đ ex iſtis rebus generat̄ nō ē niſi natura medicus vero ē niſi miniſter.

Queūq̄ vero abun dant ſecūduꝫ nume rū ablato eoꝝ cā ſalutis ē cō ſiderādū vero in q̄bus poſ ſibile ē ſi vero ipoſſibile ap parcat trāſponere tētare eꝫ

In mēbꝛis āt quoꝝ numerus ē additus cā ſanitatiſ eoꝝ eſt di minutio eius q̄ i eiſ ē additū ⁊ oꝫ vt cōſideres i q̄bus mē bꝛis poſſibile ē illud q̄ ſi vi deſq̄ ē tibi poſſibile ut au feras illā rē additā tūc ingre vt ipermutes eam.

Iſte ſmo tole
rat duas expo
ſitiōes. Una ea
rū q̄ nāe q̄ faciat ꝯſer
uationē ſanitatis. ⁊ re-
dire eā facit. ſ. ꝯſeruat ſa
nitatē. ⁊ ſanat īfirmita
tē: ⁊ medic⁹ ē miniſter
eius. ſ. pparat ei totū
quo indiget i illo: ⁊ iſte
ſmo ē verus. Et expo-
ſitio alia ē q̄ natura ē q̄
cōplet diminutionē in
mēbꝛis factā ex ſangui
ne: ⁊ cābiat loco mēbꝛo
rū factoꝝ ex ſpmate ali
quid qđ ſtet loco eoꝝ: ⁊
medic⁹ miniſter ei ad
h̄ neceſſarius. ⁊ iſte ſer
mo ē verus. ⁊ ē ps eius
qđ dicit̄ i expoſitiōe p̄
ma. Et galienus q̄deꝫ
vult p naturā hic virtu
tē regētē coꝛpus. qđ ē:
q: nā ē nomē cōmune
in arte medicine: q: di
ſm quattuoꝛ modos.
vnus eoꝝ ē virt⁹ regēs
coꝛp⁹. ⁊ ſecūduſ ē cōple
xio: ⁊ tertius foꝛma coꝛ
poris. ⁊ q̄rtuſ ē pſona.
i. nā īdiuidualis. 67

Nota q̄ natura quattuoꝛ mōis dicitur

Recepit ga. in
additiōe ptiū
mēbꝛi vt cōtē-
pleris ⁊ cōſideres mē-
bꝛū. ſi ē poſſibile ē tibi
abſcidere illā additionē
⁊ eradicare eā. ſic ſi ē di
gitus additus aut ver
ruca: ⁊ tūc abſcide eā: ⁊
ſi nō ē tibi poſſibile: tūc
pgre vt pmutes eā a lo
co. ⁊ i hoc ſmone nō ab
ſcidēdo dicit gal. pmu
tādā eē additionē: ſꝫ di
xit: ingre. ſ. ppera te i
pmutatiōe eius ſicut
facimus in lapide. nos eni quādo nō poſſum⁹ extrahere ipſuꝫ
inquirimus remotionē eius a meatu vrine cum inſtrumento
nominato alcathatir. i. ſiringa. ⁊ que ſunt ſicut hec. 68

Sicut diſlocatio eius. n. rectificatio ẽ ꝑmutatio iuncture ad locũ ſuũ Et ego q̃dẽ iã vidi adoleſcentez iuncturã hũeri cuius libricabat ſem ꝑ ꝑꝑ humorẽ mucoſũ q aggregatus erat i pyxide eius:⁊ ꝯſeruabat in occupatione ſua. cuz g̃ accidebat ei diſlocatio tenebat brachiũ ſuuz: ⁊ p̃ciebat ꝙ reducerent eũ in locũ ſuuz. deinde redibat ad occupatõez ſuam. 70

Significat ꝙ eſt poſſibile vt cõponant̃ iſta nocumẽta q numerauit i cõpoſitione mẽbroꝝ. ſ. q̃bus egredit̃ compoſitio mẽbrorũ ab eo q̃ eſt adinuicẽ. indiget ergo illud cõpoſitione curationis. ſ. vt ponantur partes curationis ſm ptes nocumẽtorũ. ⁊ iaz feſtinat eſſe vt ſit vnuz nocumẽtũ fortioris nocumenti:⁊ tũc intendimus cũ curatione ad illud donec q̃ſi rectificas illud redeas ad illud qđ cõponit̃ cũ eo ⁊ rectificat illud ẽt. 71

Oſtendit galienus:ꝙ lapſus in hoc ventre erat cõpoſitus ex q̃ttuor lapſibus. vnus eorũ in q̃titate ⁊ eſt paruitas eius. ⁊ ſecundus in figura ⁊ eſt rotunditas ei⁹. ⁊ oportebat vt eſſet oblongus:⁊ inferius eius magis amplũ q̃ ſupius ei⁹. ⁊ tertius in ſitu:q̃ñ oportebat vt eẽt poſit⁹ ſup diafragmate tangens ipſum ⁊ quartus in cõplexiõe q̃ñ erat frigidior. † ⁊ cibus paucis multi nutrimenti ẽ ſicut aq̃ carnis q̃ñ fit cũ vino citrino:⁊ teritur cũ eo medulla panis recenter facti. 72

† Nota h̃ de aq̃ carnis.

Hepar habebet duos lapſus:vnus eorum erat ſtrictura meatuũ ei⁹:alter erat opillatio i eo vtile g̃ fuit ei regimen ſubtilians.

† Regimẽ ſbtiliatiuũ eſt acceptio ciborũ ſubtiliatiuorũ ſicut cibi in q̃bus ẽ ſynapis aut pi

† De regimine ciborum ſubtiliatiuoꝝ.

Eadez vero ⁊ eorũ q̃ ſcđz poſitionem peccant:eſt correctio.

Et mẽbrorũ etiã q̃ i ſitu ſuo lapſa ſũt:nõ ẽ rectificatio niſi pcõ mutatiões eorũ ad loca ſua.

Manifeſtũ eſt autem ꝙ duo vel tria plerũque peccata cõſiſtere poſſũt circa eadez vnanquãque partem.

Et manifeſtum eſt ꝙ poſſibile ẽ vt accidãt mẽbro vni duo vel tria ex iſtis nocumentis.

Quemadmodũ i habente ventrẽ paruuz ſimul ⁊ rotũdũ ſcđz diafragma poſitum:pecauit eni in eo ⁊ magnitudo ⁊ plaſmatio ⁊ poſitio. ſi vero ⁊ natura frigidior huic in id qđ eſt ſecundũ naturam ducere impoſſibile eſt. quãdo autez difficulter reſpirant repleto ventre pauciora ⁊ nutriẽtia ⁊ non tardius exeuntia offerantur bis vel ter in die.

Ex illo eſt ꝙ ego vidi virum cuius vẽter erat paruus ⁊ rotundus poſitus ſup diafragma eius. fuit ergo lapſus in eo i quãtitate ſua ⁊ i ſua figura ⁊ in ſitu ſuo ⁊ erat cõplexio ei⁹ frigidior q̃ oportebat ⁊ non fuit poſſibile reducere hunc ventrem ad diſpoſitionem naturalem ꝙ autez poſſibile in eo fuit:eſt quia poſuit illã quo ledebatur habens ipſuz minus. quod eſt. quia quãdo implebatur vẽter eius grauis ficbat ſup cuz reſpiratio eius poſui ergo cibum eius cibum paucum multi nutrimenti q nõ eſſet tarde deſcẽſionis tribus vicibus i die.

Aliis vero enfraxiz i epate habentibus ꝑpter anguſtiã vaſorũ ꝯtinue factam ſalubris cauſa inuenta eſt extenuans dieta

Et vidi virum aliũ cui acciderant i epate ſuo opilatiões multe ꝑpter ſtricturam meatuum eius. igeniaui ergo ita quod poſui eius reg men ſubtile: fuit ergo cauſa ſanitatis eius.

Reliquum adhuc geſtus vnũ cõmune eſt omiomerõ ⁊ organicorum ſolutio continuitatis

Etiam remanſit vnũ genus nocumẽti cõmunicãs membris ſimiliũ partiũ ⁊ mẽbris iſtrumẽtalib⁹ ⁊ ẽ ſolutio ꝯtiuitatiſ

Quam forſitan aliq̃s nõ cõcedet pfecte ſanis ieſſe:alioquĩz eni eſſe ſemp paſſionez diceret neſciẽs ſimilẽ eẽ dubitatõez ꝑ omnibus lapſuum generibus futuram. ſi enim operationis ſenſibilis leſio nõ determinant egritudinem a ſanitate:ſed ſecundum qualitatem cuiuſque diſpoſitionis agnoſcitur tantum tũc neceſſariũ eſt ſempiterne paſſiõis irrepeẽ dogma nullo optiãs habente opatões omnes:ſꝫ hec q̃dem ergo vt ſubtilior conſideratio ſecunduz ſe tractũ habeat

Fortaſſe q̃dã homines nõ cõueniunt nobiſcum ſup hoc ꝙ id nocumentũ ſit ei q eſt ſaũſ qui egritudinem non habet ſed quando ipſum eſt tunc ẽ egritudo:⁊ huiuſmõi q̃dez ſermonis auctor neſcit:quia illud quod ſequitur in hoc ſequitur in reliquis generibus nocumentorum quod eſt quia ſi non ponimus nocumentum operationis ſenſibile eſſe differentiam inter egritudinem ⁊ ſanitatem:⁊ eſtimamus qđ egritudo nõ eſt niſi i i̾eq̃litate cõpoſitiõis corporis tantum tunc cogimur dicere ſermonez illius qui dicit ꝙ corpus nõ ceſſat ab egritudine:quoniã non inuenitur aliq̃s hoĩum cui ſaluentur omnes operationes membrorum eius ſecundũ meliore diſpoſitões eoruz. Et iquiſitio ſuper hoc ſimilior ẽ cum dialectica q̃ cum medicina. oportet ergo vt ei faciamus ſermonẽ ſingularez ſecũdũ ſingularitatẽ ſuã. ꝑ aut muripſia ⁊ acetũ ⁊ capparis ⁊ reliqua q̃ currunt hoc curſu. 73

De generib⁹ terti um ẽ de generibus nocumẽtorũ. 74

Solutio ꝯtinuitatis eſt multis modis aliq̃. n. ẽ q̃ ẽ parua: ſicut diſruptio cuz ferro:aut vulnus puum qđ nõ elongat̃ a ſpiſſitudie cutis. ⁊ obuiatio leuis ex q̃ accidit gabẽ parua ab attritõe. aut falleri:⁊ ſic phlebotomia: aut eruptio grauis puſtule pue aut forunculi : aut qđ ẽ ſimile illis nã oẽs modi iſti ſolutõis ꝯtinuitatis non ꝓhibet hoĩez ab occupationib⁹ i q̃bus ꝯuerſatur. qđ ẽ:q̃ nocumẽtũ opatiõis in eis non forſitã eſt ſenſibile. Et alia ẽ q̃ ẽ multa ſed non pueñit ad hoc vt accidit in conuerſatione nocumentũ operationis ſenſibile ex ea. ⁊ iſti duo modi numerantur in ſanitate. Tertia eſt ſolutio continuitatis:cuius multitudo iam pueñit ad hoc vt accidit in ea nocumẽtuz operationis ſenſibile ab operationibus. ſiunt ergo ſpẽi nocuñtoꝝ operationis in ſolutione continuitatis compares ſpẽbus nocumenti operationis in complexione. ⁊ compares ſpẽbus nocumẽti opationis in compoſitõis. ⁊ iã fue

† Solutio continuitatis multis modis fit.

rūt due spēs ꝑmi nocumenti opatiōis ī cōplōne ⁊ cōpositione numerate ī sanitate .s. spēs parua ⁊ spēs mlʼta: cuius multitudo ñ ꝑuenit ad hoc vt abscindat a cōuersatiōe ī occupatiōibus. seqtur ergo vt sint due spēs ꝑme solutiōis cōtinuitatis nūerate in sanitate: ꝙ si illud nō ē ita .s. vtap ponat̄ dr̄ia inter egritudinē ⁊ sanitatē nocumētuꝫ opationis sensibile ⁊ mutatio sēsibilis: hoc ē illō cū quo nā iā ꝑuenit ad hoc vt abscondat a cōuersatione in occupationibus: tūc seqt̄ vt corpora ꝑsus nō separētur ab egritudine ꝓpterea qꝛ ipsa sūt in fluxu sempiterno. quē restaurāt secūdū assimilationē cibi ⁊ potus ⁊ reliq̄ spēs regiminis quo reguntur sani. Et si cōsideret aliqs hominuꝫ vnūquēqꝫ sanoꝝ nō inuenit euꝫ ita .s. vt ponat̄ dr̄ia iter egritudineꝫ ⁊ sanitatē nocumētū opatōis sēsibile ⁊ saluēt̄ ei semꝑ oēs operationes mēbroꝝ eiꝰ ꝫm meliorē dispōnē eoꝝ. ⁊ cēt hec cōsideratio ⁊ īqsitō ī arte topica dignor ⁊ similior ei ꝙꝫ sit ꝯsideratio īqsitiōis medicinalis. Cōsideratio .n. totiꝰ medicine nō ꝑtransit sensuꝫ: ⁊ ꝑꝑ id oꝫ vt singulariter īponamꝰ huic īqratiōi topicali ꝫmonē ꝫꝫ singularitatē sui egredient ab arte medicine: ⁊ īgrediētē ī arte dialectice ī parte topicali hec .n. pars noīatur noīe generis sui .s. dialectica. Cōsideratio vero medicine nō ꝑtransit sensibile oīno. quod cūqꝫ ḡ ex corporibꝰ ē tale ꝙ habēti ipsū ē possibile ꝙ satagat in opationibꝰ suis q̄s ꝯsueuit ē ꝓportionatio ad sanitatē siue sit ī meliore formarū: aut recedēs ab ea in cōplexiōe sua aut ī cōpositiōe mēbrorū suorū: aut ī solutiōe ꝯtinuitatis: ⁊ quod ex eis ē cuiꝰ sensus iā ꝯsecutus ē nocumētū opatiōis vt ꝓhibeat̄ ab aliqua opationū suarū q̄s ꝯsueuit ē proportionatū ad egritudinē. ⁊ certificat illud qō diximꝰ illud ꝫm qō inuētio ē corporuꝫ hoīes eni sani nō vidēt oculis suis visionē vnā: neqꝫ festinant ī opatiōe manibꝰ suis festinatione vna: neqꝫ ambulāt pedibꝰ suis ambulatione vna: ⁊ similit̄ est dispositio in inuentione cuiusqꝫ operationū membrorum eorum: ex eis eniꝫ sunt fortes ⁊ ex eis sunt medij ⁊ ex eis sunt debiles. ⁊ species diuersitatis earū sunt species multe valde: scōm illud ꝫm quod est inuentio. ⁊ omnes hoīes dicunt in illis ꝙ ipsi sunt sani: dū ꝑmanēt ita ꝙ nō sequitur eos nocumentū operationis ad hoc vt abscondant̄ ab occupatōibus eoꝝ quas faciūt cū illo mēbro leso. 74

AD manifestos vero egros: salubres cāꝝ deinceps ꝑcurramus a genere discrasie īcipientes genere: Et terminādū ē igit̄ hic prius ꝙ oēs fere medici pretermitūt: ꝙ alie qdē sunt salubres iam facte discrasie: alie vero eius que adhuc fit: quēadmodum ⁊ future.

ET oportet vt nunc narremus cās sanitatis corpoꝝ de qbus nō ē dubitatio qn sit egra. ⁊ ponamus ꝑncipiū sermōis nr̄i ī genere cōplexiōis male ⁊ oꝫ vt determiniemus ī ꝑmis in hoc loco rē quā multi medicoruꝫ dimiserūt: ⁊ ē ꝙ cāe sanitatis corporis in quo iaꝫ accipit cōplexio mala: ⁊ completa ē iā: alie sūt ꝙꝫ cāe sanitatis corporis: ꝙ ꝓpiquū ē vt accidat ī eo complexio mala

ET huiusmodi qdeꝫ vltime: he quidem in ꝯseruāte ꝑte artis sūt he vero in salubri.

QVod ē quia cāe sāitatis corpis eiꝰ ꝙ dixi postrīno: alie sūt ītrātes in capitulo ꝑcessionis in defensione: alie intrantes in capitulo ꝯseruatiōis sāitatis

PRime vero omniū in curāte ꝑte sola.

CAuse āt sanitatis corpisquas diximus in ꝑmis sūt intrantes ī capitulo medicationis tamē

VTrarumqꝫ vero medie dicte in preseruāte ⁊ curante.

CAuse āt sanitatis corpis quas dixius iter vtrasqꝫ: īgrediunt̄ in capitulū ꝑcessionis ⁊ ī defēsiōe: ī capitulo medicatiōis tm̄.

IAm siquidē factam ⁊ existentē egritudinē: medicari oportet

QVod ē: qa egritudo qn̄ iā fcā ē cōpleta oꝫ vt intendatur ad sanitatem eius.

NOndū vero existētē futurā vō ex dispositiōe ī q̄ ē ꝫꝫ corpꝰ ꝓhibr̄ fieri

ET quādo egritudo nondū facta est scd ē parata vt fiat ꝓpter cāꝫ ī corpore: tūc oportet vt tollatur ⁊ prohibeatur fieri:

EIus vero que adhuc fit: sanare quod iam factum est: quod futuruꝫ est prohibere fieri.

EGritudo autē que ē in dispositiōe in q̄ fit ⁊ ex ea ē quodā factū ⁊ completum: ⁊ oportet vt intēdatur ad sanationē eius ⁊ ex ea est aliquid paratum vt fiat ⁊ oportet vt abscindatur ⁊ ꝓhibeatur fieri.

PRhibet̄ igit̄ dispositiōe ī qua nata ē fieri ablata. nominat̄ autē

ISte cause sunt spēs medicatiōis .s. medicationis egritudinū: ⁊ sūt partes curatiōis: ⁊ ꝑtes ciborū: ⁊ partes medicinaꝝ ꝫm ꝙ dicam in eo quod futurū: ⁊ ēt spēs ꝑcessionis cū defensione: ⁊ dicā ilud ēt: ⁊ iste res oēs dicūtur cāe facientes sanitatē. ⁊ ga. dixit ꝙ pleriqꝫ medici dimiserūt drīaꝫ inter spēs cāꝝ curatiōis egritudinis: et int̄ spēs cāruꝫ ꝑcessiōis cū defensiōe: ⁊ explanat ꝙ spēs cāruꝫ ꝑcessiōis cū defensione sūt duobꝰ modis: quorū vnꝰ modus ē spēs cārum sanitatis corporis: cuius cōplexio est mala in dispositione eius quod accidit. ⁊ alter ē spēs cāruꝫ corporis sanitatis qō iā appropinq̄t vt accidat ī eo cōplexio mala. ⁊ nō ē sermo galie. ꝙ pleriqꝫ medici dimittunt istas drīas: faciēs necessitatē ꝙ ipsi iā dimittāt ista capitula medicine: sꝫ tolerat ꝙ ipsi iā dimiserāt ea ⁊ ēt tolerat ꝙ ipsi iaꝫ dixerūt ea permixta in regimine sanoꝝ ⁊ in regimine egroꝝ: ⁊ ñ discernerēt ea sic discernit ipe. 75

VVlt ꝙ cause cōseruationis sanitatis corporis quod appropiquat ad hoc vt accidat ī eo cōplexio mala sūt duobus modis. vnus eorum ē sumptus ex ꝑte medicine nominata ꝑcessio ī defēsione. et alt̄ ē sūptꝰ ex ꝑte medicine noīata ꝯseruatō sāitatꝭ. 76

VVlt ꝙ cāe sāitatꝭ corpoꝝ egroꝝ .s. cāe faciētes sāitateꝫ in eis sūt ꝑs medicine noīata egroꝝ tm̄ medicatio. 77

VVlt ꝙ cāe sanitatis corꝑum quoꝝ cōplō mala est in dispōe in qua fit sūt duobꝰ modis. vnus quorū sumptus ē ex ꝑte medicine noīata ꝑcessio in defensiōe ⁊ alter ē sumptꝰ ex ꝑte medicine noīata medicatio egroꝝ. 78

HVius exēplū est febris: intentio .n. in ea ē sanatio eiꝰ cum eo cū quo curat̄ simile eius. 79

HOc ē illud qō iā appropiq̄t egritudī: ⁊ exēplū eius ex dispōibꝰ corpis ē lassitudo fcā ex seipa. vt sit signa ꝓpiqtatꝭ corpis ad egritudinē .s. corpꝰ ꝑpatū ē vt fiat ī eo egritudo a cā faciēte lassitudinē. ⁊ ꝑꝑ illō oꝫ vt auferat̄ hec cā ⁊ ꝓhibeat̄ egritudo fieri in ea: aut cum exercitatio iterato in eo sicut dicitur in regimine sanitatꝭ: aut cū medicina solutiua aut ꝑmutāte cōplōnē: aut cū abstinētia a cibo: aut cū phlebotomia vene. 80

HOc est: corpꝰ cuius cōplexio mala ē in dispōe ī q̄ fit. ⁊

Gal. qđ ē docet ꝙ cōplexio mala q̄ ē in diſpōne in qua fit ē cōpoſita ex egritudine q̄ iā ē ꝛ cōpleta ē: ꝛ ex egritudie alia preparata vt fiat. ꝛ ꝓꝑ illud ē curatio ꝑtis eius prime q̄ iā cōplepleta ē ex capitulo curationū egritudinis. ꝛ curatio partis ei⁹ ſecūde que nōduʒ eſt ex capitulo ꝓceſſionis i defenſiōe. Et exēplū in illo ē fe. ephimera opilatiua nā in corpe in hac fe. ē quedam egritudo ꝛ completa ē: ꝛ ē fe. ephimera: et ē preparatuʒ vt fiat in eo egritudo alia ſicut fe. putrida: ꝛ ē poſſibile vt ſit illud in egritudine vna ſicut apoſtema ca. qđ generat̄ in q̄buſdaʒ membris corpus eniʒ ꝑ ipm eſt preparatū vt aſcendat caliditas ad cor: ꝛ effluat ex ipſo ad totū corpus: ꝛ generetur ab apoſtemate febris: ꝛ curatio eius ē ꝑ ablationē cauſe ex qua ē eius euentus. 81

Sicut ſi aperiantur opilationeſ aut prohibeat̄ putredo aut ꝓhibeat̄ aſceñſio caliditatꝭ ad cor. 82

Iſte ſermo ē diminutus in littera vna aut in duabus: ꝛ ſignificat diminutionē eius illud qđ docuit nos Galien⁹ de curatōe egritudīs ¶ Curatio eni egritudiſ fit aut cū tribus rebus aut cū duabus ex eis: aut cū vna ꝛ vna q̄dem triū eſt permutatio cāe antecedentis: ꝛ deſtructio eius ſicut eūatio humoris. ꝛ ſecūda eſt mutatio cauſe coniūcte et permutatio eius ſcilicet deſtructio eius ſicut deſtructio putredinis. et tertia eſt mutatio complexionis ſicut humectatio corporis ꝛ īfrigidatio eius in diſpoſitione fe. ꝓpea quia eſt ca. ꝛ ſic. ꝛ nocumentū operationis fit ab egritudine ſine medio: ſic nocet fe. caliditati innate et operationibus nature abſqʒ medio: ꝛ fit a cā egritudinis mediante egritudine. ¶ Diſpoſitio igit̄ a q̄ accidit nocumentū egritudinis eſt duobus modis. vn⁹ eorū eſt abſqʒ medio: ꝛ ē egritudo. ꝛ alter per mediū: ꝛ eſt cā egritudinis. Et q̄re Galienus poſuit diſpoſitionē que facit permutationē eius in hoc ſermone aliā ab egritudine. Seq̄t̄ ergo ꝙ voluit cām egritudinis. non eſt ergo hec diſpoſitio ipſa a qua fit proprie nocumentū operationis. Oportet itaqʒ vt addat̄ in ſermone gal. littera vna aut littere due: ꝛ dicatur diſpoſitio ideſt cauſa a qua accidit diſpoſitio. ſ. morbus a qua proprie fit nocumentum operationis. ꝛ licet ꝙ iſta additio cecidit a ſcriptore ꝛ dimiſit eam. 83

¶ Curatio egritudis tribuſ modis fit.

¶ Nocumēta egritudinū dupliciter i nobis cāne

De canone cōi i ořone.

Iſte eſt canon communis in curatione egritudinum: ꝛ hippo. enunciat de eo ſic. Quecunqʒ egritudo eſt ex repletione: ſanatio eius fit per euacuationē. ꝛ quecūqʒ earuʒ ex euacuatione ſanatio ei⁹ ē per repletionē: ꝛ ſanatio reliquaruʒ egritudinuʒ per contrarietatē fit. 84

Sed appropriatur canon cōmunis ſcđm regulas particularum egritudinum: ꝛ fit compar materia cuʒ materia: ꝛ Gal. exemplificat illō et dicit. 85

Uelit cās egritudinū ancedentes ꝛ cōiunctas: ꝛ cāe curationū harꝝ cauſarū ſūt per mutatōem earꝝ: aut ꝑ euacuationē antecedētiū: aut per mutatiōeʒ cōtinuatarꝝ. i. coniūctarꝝ: ꝛ tolerat vt velit cās ꝑ mutatiōis ſeu medicationis nā cāe curatiōis egritudinis calide ſūt q̄ ſunt ex illis generibus ſex infrigidantes: ſicut aer frigidus: cibus ꝛ potus: et medicine infrigidantes: ꝛ quies: ꝛ trāq̄llitas: ꝛ patientia vite ꝛ ſomnus. Et cāe curatiōis egritudinis frigide ſunt que ſūt ex generibus ſex: calefacientes: ſicut aer calidus. ꝛ cibus ꝛ pot⁹: ꝛ medicine calefaciētes ꝛ mot⁹ et vigilie: ꝛ accidētia aīe ꝛ vnicuiqʒ duarū expōnuʒ eſt modus ſu⁹. ꝛ recti⁹ q̄dē eſt aggregare duas expoſitiones ſimul donec ſit ꝙ ipſe velit ꝑ cās egritudis ꝛ cās medicationis ſimul: cum quedā earum ſint cōmunes q̄buſdā. Et gal. dat cām in canone medicationis ꝛ dicit. 86

Hec eſt demonſtratio canonis cōmunis in medicatione per contraria. ꝛ iaʒ oſtenſum ē ex ea ꝙ oportet vt ſit cauſaruʒ medicationis longitudo ab equalitate ſic lōgitudo egritudinis ab eq̄litate eq̄liter. ꝛ ſit vnaqueqʒ earum declinis ad contrarium cuius exemplum eſt egritudo frigida: ꝛ longitudo ei⁹ ab equalitate gradus tres ſint. oʒ ḡ vt ſit cauſa ſanans eam calida: ꝛ longitudo ei⁹ ab eq̄litate gradus tres. 87

Hec caſtigatio iuuatiua eſt valde in capitulo ciborꝝ ꝛ medicinaruʒ. qđ ē: q: ſunt multi ꝛ cē corꝝ eſt vehementis cooperture ꝓꝑ illud quod cadit de falſitate ꝛ permutatione nomium ꝛ aſſimulatione. Putat̄

huiuſmodi diſpoſitio cauſa precedens.

Et abſciſio eiuſ qđ ē ꝑpatū vt fiat ꝛ ꝓhibitio eius ad hoc vt nō fiat eſt ꝑ ablationem cāe ex qua eſt eius aduentus.

Facta vero egritudo curabit̄ diſpoſitiōe a qua principalit̄ que ſcđʒ naturā operatio leditur ablata: quam ꝛ ipſam dicimus eſſe egritudinis cauſaʒ

Et ſanatio egritudīs q̄ iā facta ē ꝛ cōpleta fit permutatiōe diſpōnis a qua proprie fit nocumētum operationis ꝛ illa diſpoſitio eſt preter egritudinem.

Curatio quidem vnū habet modū: ꝛ maxime cōem intētiōeʒ. ſ. et quod ſoluēdū eſt cōtrariū huiuſmōi enim generis ſūt omnes ꝑficientes ſalutē cāe

Et edicationis qua fit ſanatio itentio ꝑma cōmunis eſt cōtrarietas rei ad cuius ſolutiōeʒ ꝛ expulſionem itenditur ꝛ omnes cauſe facientes ſanitateʒ ſunt huiuſmodi generis.

Secundum vero partem ſunt ex ſigulis contrariis.

Intentiones vero particulares ſumuntur ex contrarietate cuiuſcunqʒ egritudinum.

Calide igitur diſpoſitioni frigida cauſa cōtraria eſt: frigide vō calida: ꝛ ſic in aliis proportionaliter.

Contraria ergo egritudini calide ē cauſa infrigidans: ꝛ contraria egritudini frigide eſt cauſa calefaciens. ꝛ ſimiliter eſt diſpoſitio in reliquiſ egritudinibus ꝛ cauſis.

Seni inmoderatū omne ꝓter naturaʒ moderatū vero ſcđʒ naturā neceſſe ē omne inmoderatū ab imoderato ſcđm ꝯtrariū ad moderatū adduci

Quod eſt quia cū ſit omne ꝙ eſt egrediens a natura ieqnale ꝛ oē ꝙ ē naturale eq̄le ſit. oʒ neceſſario ꝙ res egrediētes ab equalitate nō redeant ad equalitatē niſi ex re alia egredi̅te ab eq̄litate ei cōtraria.

Manifeſtū vero ꝙ ſecūdū virtuteʒ non ſcđʒ apparationem calefaciens ꝛ infrigidans: ꝛ q̄cūqʒ huiuſmōi alia accipiēduʒ ē. Dico autē ſecūdū virtuteʒ quod eſſētialer ꝛ ꝓprie ꝛ vere eſt vt dī: ſecūdū vero apparitōeʒ quod ſcđʒ ꝑnteʒ ſenſū hmōi eſſe videtur: eſſētialer vō nō exñſ hmōi quō vero oportet cognoſcere ca in negocio de ſimplicibus pharmaciis eſt dictum.

Et manifeſtum eſt ꝙ non oportet vt ſumatur aliquid quod calefaciat aut īfrigidet aut faciat aliquid ex eis que ſunt

ergo ꝙ cuidam eoꝝ ſit virtus cuiuſdā. cuȝ ergo vtitˀ ex eis aliquis eo quod nō ſcit ⁊ cuius virtuteȝ non ē exꝑtus poſſibile ē vt ſit contrariuȝ ⁊ ꝑueniat ad nocumentuȝ infirmi: quare heſitat medicus ⁊ non ſcit cām attrahenteȝ illud nocumentuȝ: ⁊ contingit in medicinis etiā vt appareat alicui caruȝ operatio ꝑ accñs: ⁊ eſtimetur ꝙ opatio ei⁹ ē ꝑ eēntiā. ſicut calefactio aq̄ frigide ⁊ infrigidatio piperiſ hora qua ponitˀ ſupra corp⁹. ¶ Gal. vero caſtigat te ī h̄ ſermone vt non gratuleris ꝑ aliquā opationū virtutū ciboꝝ ⁊ medicinarū donec ſcias ipſam ⁊ expiaris ipſaȝ: et ſcias ex ea h̄ȝ certitudinē ⁊ veritatē operatiōes eius eſſentiales ⁊ vtaris eis: et operatiōes accñtales ⁊ non gratularis cuȝ eis. ⁊ quoniaȝ multe ſunt plante ⁊ ſpēs multe: ⁊ ſimiliter mineralia: ⁊ diuerſificātur etiā iſta ꝑꝑ aquas ⁊ loca generatiōis earuȝ ⁊ ſimiliter ē diſpō in aialib⁹ neceſſe ē ergo medico vt expiatur illud qd̄ inuēit de iſtis rebuſ cō rōcinatiōe: ⁊ ſciat certitudinē eius ⁊ ei⁹ veritatem et vniuerſalitatē: ⁊ nō finiat vitā ſuā in inq̄ſitione cuiuſq̄ȝ eoꝝ: ꝑticularia. n. eoꝝ ſūt infinita. ⁊ ꝑꝑ illud exponit Gali. in libro de medicinis ſimplicib⁹: canoneſ q̄bus ſciat illud ꝙ tibi ſit p̄ñs ex eo quo indiges ex medicinis ⁊ ſis cōtētus eis: ⁊ ꝓiice reliqua. 88

¶ Medic⁹ non oȝ vti medicie niſi ꝑus exꝑtuſ fuerit ipſaȝ

similia ei ex operationibus niſi cū virtute ſua nō aliquid quod eſtimatur in eo quod apparet de eſſe ſuo. ⁊ q̄a eſt ita ſignifico ꝑ ſermonē meū ꝙ res operatur virtute ſua vt faciat illā operationeȝ de qua dicitur: ꝙ efficit eam cū certitudīe ⁊ veritate: ⁊ ſignifico per ſermonem meum ꝙ eſtimatur de re q̄a eficit illud de quo dicitˀ: quia facit illud quod in mālfeſto ſentitur vt de eo videatur quaſi faciat illaȝ operationem: ⁊ non eſt cum veritate ſecundū ꝙ putatur de eo. ⁊ iam narraui in libro meo de uirtutibus medicinarum ſimplicium: qualiter oȝ vt experiantur iſte res ⁊ ſciantur.

Ad inuentioneȝ vero ſalubrium cāruȝ quecunque quidem cāe ad iam factam egritudinem ſūt ſalubres: illa ratione vtēdum eſt qua illud quod ſecūdum apparitionem determinatur ab eo quod eſt ſecūdū virtutem.

Et oportȝ vt vtamur in inuentione cauſarum faſtientium ſanitatem cum deſtructione egritudinis que iam facta eſt ⁊ completa via cum qua fit differentia inter rem que eſtimatur ꝙ eſt ſecūdum diſpōem ſcd̄ȝ quaȝ narratur: ⁊ inter reȝ q̄ eſt ī uirtute ſua ſcd̄ȝ ꝙ narratur.

Quecunq̄ȝ vero cāe ad eam que ad huc ſit ip̄a eadē ꝯſideratōe vtēdū: ⁊ adhuc ſcd̄ȝ quā iueniuntur egritudinum cauſe.

Et vtimur ī inuētiōe cauſarum facientium ſanitatem in corpere cuius egritudo eſt in diſpoſitione que ſit cum via quam dixi vel ēt via qua extrahuntur cāe egritudinum.

Ferunt enim ſi ita cōtingat in humoribuſ putrefactis accendi febrem demōſtratio in talibus eſt euacuatio: ⁊ alteratio Alteratio quidem ē faciens ceſſare putredinem manente ſubſtantia: euacuatio vero totam a corpore educens ſubſtantiam.

gal. in hac caſtigatiōe a gratulatōe cū medicinis q̄bus eſtimātur ineē virtutes tales ⁊ tales: ⁊ non ſunt in eis ille: imo poſſibile eſt vt inſint eis virtutes cōtrarie ei qd̄ eſtimatˀ ī eis: ⁊ iſta eſtimatio accidit aut ꝑꝑea ꝙ credimus enunciatiōi in eis: aut ꝑꝑ virtutes accñtiales: que accidēt eis: q̄ faciēt eſtimari diuerſum ab eo qd̄ ineſt eis eēntialiter: ¶ Et videtur gal. vt nō curetˀ cū medicina: neq̄ȝ detˀ cibus donec p̄cedat ei cognitio cum expientia: cū videatˀ ei q̄ recipiatˀ caſtigatio hipp. q̄ ē ita oȝ vt detˀ medicina ad hoc vt cōferat. ſi autem nō ꝯferat: tūc nō oȝ vt noceat. gal. vero dicit ꝙ ꝯuenit tibi vt certificeris ī medicina q̄ nō noceat aliquo modoꝝ: et ingras p⁹ hāc certificationē vt ſit iuuatiua: ⁊ ꝑꝑ hoc nō recipit ſmonē eoꝝ q̄ p̄ceſſerūt ip̄m ī medicinis donec ꝓbauit eas ⁊ ſcripſit illd̄ qd̄ apt⁹ ē ex eis ī libro ſuo ī eis: ⁊ applicauit an̄ illud canones q̄b⁹ expiūtˀ ⁊ fecit ſcire veritatē rei ī vnaq̄q̄ȝ eaꝝ ⁊ opatus ē cū eis cū ſit poſſibile vt ꝑmutentur noīa eaꝝ ⁊ ſumatˀ loco vnius earū alia ⁊ manifeſtū ē ꝙ ſufficit ꝑfect⁹ ī arte medicine famoſus ex eis ī regiōe ſua ⁊ p̄mittit experiētiā eaꝝ. ⁊ expitur meliorē ⁊ meliorem ex eis. deiñ facit curationē īfirmoꝝ cū eo quod elegit. ⁊ ſi p̄ſentat ei aliq̄s hoīum: ex eis medicinā cui⁹ experientia p̄ceſſit ei: īcipit cū expiētia ſua ſi nō eſt ei excuſatio ex ipſa: deinde curat cū ea: ⁊ nō eſt neceſſitas ex ea niſi quando extimat in ea: quia eſt medicina nobilis antecedens in ſuis comparibus ex medicinis in quibus ſunt virtutes conſeruantes virtutes membrorum interiorum ⁊ exteriorum et ſtringuntur ex eis: ſicut medicine ſtiptice aromatice precipue quibus ex eis eſt virtus pura a virtutibus malis fraudulentis: ſicut eſt virtus venenorum et que ex eis ſunt etiam velocioris valitudinis in operatione ſua ſunt magis vltime. 89

¶ Nō q̄docit de vſu medicina ꝫ ſm Gal.

Inuentio cārum facientium ſanitatē cū deſtructione egritudinis ē īuentio ciboꝝ ⁊ medicinarū conferentiū in illo. Et iuētio ciboꝝ ⁊ medicinarū cōſeruantiū vel conferentiū in illo eſt duob⁹ modis vn⁹ coꝝ eſt enūciatio in q̄bus ꝯſidendū ē in eiſ ſicut illud quod eſt in libro diaſcorides: ⁊ ī libro gali. de cibis: in ſex tractatib⁹ poſtremis libri ſui in medicinis ſimplicibus: ⁊ poſſibile eſt vt cadat dubitatio in iſtis ꝓpter antiquitatē tp̄is in quo accidit vt ꝑmutētˀ iſte medicine ⁊ cadāt noīa q̄rūdaȝ earū ſuꝑ quaſdā: ⁊ ꝑꝑ illud cū quo falſificātˀ ex obliuiōe hoīum in multis ex eis. Et alter ē experientia earū viſibiliter: ⁊ ē vt ſcias ꝑ rōcinationē virtutes eaꝝ ⁊ ꝓbes illud cū experimēto q̄ certificatˀ tibi veritas rei ī eis: ⁊ via q̄ expitur ē illud qd̄ p̄cipit tibi gali. in hoc ſermone: ⁊ iā docuit illud ī libro ſuo de medicinis ſimplicibus: ⁊ eſt q̄ntus tractatus p̄mi libri eius: ⁊ fecit te ſcire qualitatē cōpōis earū ī medicinis cōpoſitis: ⁊ ſūt. xix. tractatus. vij. noīantˀ cathagenis: ⁊. x. noīantur medicine cōpoſite ſm mēbra patientia: ⁊ duo tractatus ī cōfectionib⁹. ⁊ fecit cauere

¶ Inuētio ciboꝝ ⁊ medicinarū facietiū ſanitatē duob⁹ modis fit.

Inuentio cauſarum faciētiū ſanitatē in corpore cuiuſ egritudo eſt in diſpōne qua ſit indiget duabus vijs. vno earū eſt via qua curatur egritudo donec ſanatˀ cuȝ hac. n. via medicatˀ illud qd̄ accidit de egritudine in corpore: ⁊ ſecunda eſt via cuȝ qua deſtruuntur cauſe efficietes egritudinē. ⁊ manifeſtū ē ꝙ neccia ē in hac via ſcia cārum facientium egritudines donec caueantur ⁊ deſtruantur aut cum medicina ſolutiua: aut cum medicina ꝑmutatiua aut cum exercitio ⁊ fricatione: aut cum ieiunio: aut cum phlebotomia: vt ſignifices ex illo qd̄ neceſſarie tibi: 90

Humor quando coartatur ⁊ nō reſpirat putreſcit: ⁊ quādo putreſcit inflammatur in eo caliditas extranea ex qua generatur fe. ⁊ fe. ē mala diſcreſia ca. ⁊ ſic. iam ergo apparet per illud quod diximus ꝙ putredo eſt cauſa retinens fe. ⁊ ſi vis vt ipſa dicatur cauſa coniuncta dic: non. n. eſt differentia in illo. ⁊ quando illud eſt ita: tunc indiges tribus intentionibus. quarum duas dicit gali: ⁊ tacet de tertia: ⁊ pro

pter declarationē eius: ⁊ quoniam sermo eius est in conseruatione sanitatis. Duarum autē quas dixit vna est mutatio humoris donec quiescat putrefactio ⁊ ista mutatio est dare illud quod adiuuat naturā sup digōnē: ⁊ vti medicinis digerentibus. Digestio enim non est aliquid plusq̄ʒ vt dominetur natura ⁊ vincat humorem malum quicunq̄ʒ sit. Et altera est euacuatio humoris putridi et extractio eius a corpore totalit̄. Tertia autē de qua tacuit galienus ē curatio se. ipsius. nam inquantum ē malicia complexiōis ca. ⁊ sic. indigʒ eo qđ infrigidat ⁊ huectat ⁊ ⁊ plimū qđ infrigidat ⁊ hūectat phibet digestiōem pter q̄ʒ i materijs cali. ⁊ sic. cho. citrina sola. 91

Et nos exemplificamus tibi exemplū in illo vt itelligas illud. Pone ergo vt hūores putrefiant ⁊ generatur ex eis febris. dico ergo q̄ cōuenit tibi vt significes ex illo q̄ necesse est tibi vt facias alteratiōem ⁊ euacuationeʒ: alterationem quidem vt facias quiescere putrefacionem: ⁊ substantia que fuit ante putrefacionem sit remanens in corpore. euacuationem vero q̄ndo euacuas substātiā q̄ fuit ante putrefactionem totā.

Et dicta quidē species alterationis digestio est quam a quibusdam causis contingit facere scientes erimus in illis si habeamus iaʒ cognitionē ita causarum salubrium.

Et hec species mutationis quaʒ narraui est digestio. cum ergo extrahimus ⁊ scimus ex quibus est possibile vt sit digestio: adipiscemur: scientiam causarum facientium sanitatem hoc modo.

Uelit q̄ qñ apđ nos est scia cārū digerentiuʒ vnūquēq̄ʒ chimorū phibemus putrefactionem nō generatur ex ea se. Cāruʒ āt digerētiū alie sunt cibus ⁊ potus alie sunt medicine: alie sunt exercitiū. Cibi quidem ⁊ potus quicunq̄ʒ sunt ex eis ex qbus generat̄ chimus laudabilis: ⁊ q̄titates eorū eq̄les medicine vero sūt sicut crocus ⁊ spica ⁊ cinnamomū ⁊ pipal. ⁊ zinziber ⁊ macropip. Exercitiū āt ē sicut fricatio eq̄lis ⁊ mot⁹ ⁊ balneatio. ⁊ sermone absoluto si humor est grossus indiget eo qđ subtiliet eū ⁊ si est viscosus indiget eo qđ incidat eū. ⁊ si est calidus indiget eo qđ infrigidet euʒ. ⁊ si est frigidus indiget eo qđ calefaciat euʒ. ⁊ qđ est: quia intentio indigestione est vt preparatur humor ita q̄ possibile sit vt natura vicat eum: ⁊ dominatur super eum. 92

Postq̄ʒ narrauit cās digestiōis: incipit narrare causas euacuationis multitudinis humoris. chimus. n. nō putrefit donec phibet̄ eius expiratio. ⁊ non phibetur eius expiratio donec multiplicat̄. ⁊ non tolerat eum virtus et cessat a regimine eius: ⁊ quando cessat ab eius regimine putrefit. ⁊ curatio q̄deʒ multitudinis est per euātionem. q̄cunq̄ʒ ergo ex chimis est cum quo adduntur ipsi omnes donec implētur vene ⁊ vasa: tunc curatio eius est per p blebotomiaʒ: ⁊ qđ si non est possibile propter etatem ⁊ horā presentē: tunc per vētosas. et q̄to sunt ventose ppinquioris calcaneis est magis vtile. ⁊ quicūq̄ʒ eorū est qui solus additur tantū: oʒ vt euacuet̄ p medicinam q̄ appropriatur ei attractione eius ⁊ clysteri: aut attrahamus ipsum per prouocationē vrine: aut p resolutioneʒ ex cute aut per attractionem eius ad loca cōtraria. ⁊ residuuʒ sermonis eius est manifestū ⁊ apparēs: in eo etiā est vsus medicinaruʒ resolutiuarū. nos. n. quando euacuamus chimum qđ remanet ex eo expirat: qñ virtus tolerat illud qđ remanet chimo ⁊ incipit regere ipsum. q̄ si se. incipit ante illud totum tunc hip. docet esse cauendum ab euōne humoris ante digestionem. nisi humor sit furiosus. ⁊ Et gali. declarat q̄ illud est propter duos modos. quorū vnus est debilitas virtutis et cessatio eius a regimine. cuʒ ergo bibitur i hac dispōe medicina solutiua: nō securat̄ nocumentū eius. Et scđs est: quoniā plures medicine solutiue sunt ca. ⁊ sic. q̄re addunt ⁊ inflāmant caliditateʒ se. ⁊ non accidit illud qñ digeritur hūor natura. n. pōt supra. ipʒ ⁊ regit medicinā solutinā: ⁊ extrahit hūorē malū totū. Quādo ergo cogeris euacuare chimū in principio egritudinis vt alleuiet̄ residuum ei⁹ sup naturaʒ ⁊ fiat ei⁹ facilis digōn: tūc ꝯuenit tibi vt vtaris ex medicinis ea cuius est virtus i pmutatione cōplexionis male ⁊ lenificatiōe nature: ⁊ minuat̄ p illud ex mā egritudinis ⁊ pp illud minuit̄ ex hūore p phlebotomiā venarū ⁊ p clyster leue qđ exhit superfluos hūores: ⁊ p puocationē vrine: ⁊ p resolutionē ex cute cū fricatiōe ⁊ medicinis rsolutis. ⁊ et qñ vides hūorē nocētē dclinātē ad mēbrū nobile. trahe ipʒ ab eo aut pmuta ipsuʒ ab ipso ad aliud et fʒ hūc modū fac de vnoq̄q̄ʒ eorū mēbrorū q̄ nūerauit gal. verūtñ nō ꝯueit tibi vt euacues cū attractiōe forti nisi in phlebotōia sola: ipsa. n. euacuat euacuatiōe forti

Euacuatiōes vero p phlebotomiā ⁊ p clystere ⁊ p vrinas ⁊ p respirationes scđm cutem fiunt: amplius vero per contrariā detractionē ⁊ deriuationē ad alia hmōi. n. generis sū ⁊ mēstrua mouere ⁊ emoroidas aperire: ⁊ p nares ⁊ per palatū purgare.

Euacuatio āt p phlebotomiā venarū ⁊ p clystere ⁊ p vrinā ⁊ p resolutōʒ ex cute: ⁊ p attractionē ad loca cōtraria: ⁊ per mutationē ad loca ppinq̄ fit ⁊ igrediūtur i hoc genere puocatio menstruor ⁊ aptio orificiorū venar que sunt i ano ⁊ vulua ⁊ mūdificatio per nares ⁊ palatum.

Scietes igit̄ ⁊ hic materias ⁊ vtutes qb⁹ i tpe ⁊ q̄litate ⁊ q̄ntitate ⁊ modo vsus oblatis euacuatio fit.

Et qñ nos extrahim⁹ i capitulo ēt spēs qb⁹ fit euacuatio: deiñ vtimur eis i hora q̄ ꝯuēit: ⁊ cū q̄titate q̄ necc̄aria ē: ⁊ via vsus ad

ex vēis. Et māifestū ē q̄ vsus phlebotomie ē necessarius qñ cā egritudis ē itra vasa. s. vt sit dispō i corpore q̄ noiat̄ repletio: ⁊ etas virtusq̄ʒ ⁊ hore adiuuant. Et hip. quidē iaʒ dedit signū certū euōnis: ⁊ est vt inueniat ifirmus ei leuitatē. aut sit tolerans eā cū facilitate. et iteruʒ euacuatio p mūdificationem nariuʒ fit: aut per emunctionē ⁊ p sternutationē. ⁊ p palatū fit p screatuʒ ⁊ p gargarismuʒ ⁊ p collutionē oris. cum ergo digerit̄ humor euacua eum medicinis fortib⁹. 93

Docuit nos in h̄ sermone Gal. q̄ sunt necie in euacuatiōe hu. mali. iiii. ꝯditiōes. vna ear ē spēs medicinar qbus humor euacuat̄. oʒ. n. vt eligat̄ ex eis illud quod ꝯuenit ei. Et scđā ē hora i q̄ oportet vt detur medicine aut in qua euacuat̄ corp⁹: sicut vt euacuet̄ i horis tpis porismor cū reb⁹ leuibus aut post digōem cū medicinis fortib⁹. Et tertia ē q̄titas quā oportet euacuare post digōeʒ ex humore. ⁊ q̄rta ē ps vsus euacuatiōis. hec. n. ps fit diuersa: qñ si humor est declinis ad vētreʒ: tunc ꝯuenit eis euacuatio p vomitum. ⁊ si ē declinis ad intestina: tunc oportet vt eius euacuatio fiat aut p clystere aut p illud qđ facit fluxibilē egōnem ⁊ emittit ipam. ⁊ si ē declinis ad partes epatis aut renum: tunc oportet vt fiat eius euacuatio per prouocationem vrine. ⁊ si est declinis ad cutem: tunc p resolutionē. ⁊ si ē declinus: ad pect⁹ tunc p illud

⁊ Qđ infrigidat ⁊ humectat vt plimū phibet digōeʒ

⁊ Intētio digōis ē talr hūorē p̄parare vt possit eū nā vincer ⁊ dn̄ari

⁊ Cū vero sis euamus q̄ nō possumus p phlebotomiam

⁊ Nō qñ debem⁹ expectare digōʒ ⁊ qñ non

⁊ Nō de phlebotomia

⁊ Nō hic quattuor cōditiones necessitas in euacuatione malorū hūorum

qđ facit facile ſputū. ⁊ ſi ē declin⁹ ad caput: tūc p nares ⁊ palatū. ei ſi ē i venis: tūc p phlebotomiā: ⁊ ſm hanc ſimilitudinē i vnoqqz: cūqz ergo compleueris has. iiij. cōditiones: iā extraxiſti cās ſanitatis i capitulo euacuationis: ⁊ qñ tu facis cōpar cū eis illud qđ mutat putredinē ⁊ adiuuat ſup digōem cōples cās qbus ,phibetur fieri ſe. ſequens putredinez humoris. 94

tis eā ſm φ itellexiſti ab eo. ⁊ ſi iā ſcā ē ⁊ deſtructa ē cauſa eius: cura eā per contrariū ipſius. Et ſi eſt cōpoſita ſignificant tibi res ex quibus eſt compoſita illud quod facias in ea aut deſtructionē cauſe facientis eā qñ pñs ē aut reſiſtētiā egritudis ipſius cū eo quod eſt ei cōtrariū. ca. ḡ ⁊ ſic. curat̄ p fri. ⁊ hu. ⁊ ſᵭ hāc ſilitudinē ē in reliqs eaꝝ ⁊ pōat q̄ntitas ɔrij ei⁹ eq̄lis q̄ntitati ei⁹. Et gal. determinat illō cū exēplo ⁊ dič. 97

Significat φ deſtruitur vnaqqz ſpērū maliciei ɔplexionis triū: quarū vna ē ɔplexio frigida: ⁊ ſecūda cōplexio humida: ⁊ tertia cōplexio ſicca per deſtructionez cauſarū facientiū eas ſic cum deſtruitur malicia complexionis calide: et ē febris putrida p deſtructionez cauſe eius ⁊ eſt putredo. 95

↑ De cōi canone i q̄ntū egritudine

Quanon i oi egritudine eſt iſte: ⁊ eſt: ſi ē cauſa eius remanēs itendit̄ i primis ad auferendam cauſam eius deinde intendim⁹ ad illud quod īpreſſit illa cā ex egritudine ⁊ aufertur ⁊ ſi non ē cauſa eius remanens in corpore intendimus ad ipſā egritudinē ⁊ auferimus ipſaz: ⁊ hoc quidē nō eſt ,ppꝛie niſi i egritudinib⁹ q̄ ſunt primitiue tm̄. 96

Complexio mala ſimplex vna ē ex q̄tuor qualitatib⁹ primis ca. fri. ſic. ⁊ hu. ⁊ complexio mala cōpoſita ē vna. iiij. ca. ⁊ ſic. ca. ⁊ hu. fri. et ſic. frig. ⁊ hu. Cū ḡ accidit aliq̄ egritudinū malicie cōplexiōis ɔſidera. ſi ergo ē ſimplex ⁊ ē i diſpōne vt fiat circa eā poſt detractionez cāe facien

rectitudinē: iā tunc extrahemus cās ſāitatis i hoc capitulo.

Secūdum hanc partem artis iuenimus ſalubria: ⁊ ſcripta eſt omniū īuentio in terapentico negocio: ſecundum eūdem vero modum ⁊ in aliis tribus diſcraſiis.

Et iā locuti ſumus i uentionē cauſaꝝ omniū in libro de ingenio ſanitatis: ⁊ ſecundū hāc ſimilitudinem inueniuntur cauſe ſanitatis in tribus aliis ſpeciebus in complexione mala.

Unum cōe hn̄tes p̄ceptū efficiētē vnā quāqz earū cauſarū abſcindere prius: deinde ſic venire ad eam que facta eſt ab illa egritudine ſalubrium cauſarum inuentionem facturos.

Et intendimus i eiſ intentionē vnā communez: ⁊ eſt vt auferamus in primis cauſam egraz: deinde perueniamus ad egritudinem que facta ē ab ea.

Secundum vero cōpoſitas diſcraſias ex ſimplicibus compoſitio oñditur ſalubria precepta ⁊ hic habētibus nobis medicamē ,pportionale magnitudini dicraſie ad illam conueniens inuenire.

Complexionis autem compoſite male compoſitio eſt ex rebus ſimplicibus: ⁊ ſignificat tibi cauſas facientes ſanitatez ut ſit intentio ad quam intenditur in hoc capitulo: ⁊ ut ponas quantitatem rei cum qua intenditur ſanitas cum quantitate cōplexiōis male quā curas cū ea.

Uelut ſi ita accidat: ſi decem quidē numeris ſecūduz calidius excedit aliquid ab eo quod ſecundum naturaz: ſeptē vero ſecūdū ſiccius eē oportet ⁊ ſalubrem cām i talibus diſpōnibus frigidiorem quidē decem numeris ſeptem vero humidiorem.

Et exemplū illius ē vt ponas φ mēbrū aliquod mutat̄ a cōplexione ſua naturali: ⁊ declinat ad caliditatez decē gradibus ⁊ ad ſiccitatē ſeptem. oportet ergo vt ſint in cauſa ſanante hoc membrū ex frigore decem gradus: ⁊ in ea ex hūiditate ſeptē gradus.

Sigitur ipi parti paciēti adducas huiuſmodi medicamentum inti. frigidius ſit ⁊ humidius: inquantum partis patientis māifeſtatō pceſſit.

Et ſi medicia occurrit ipi mēbro in quo eſt egritudo: tunc oportet vt ſit cum ea ex frigore ⁊ hūiditate p quantitatez cāe quaz ſignificat ipſa egritudo.

In ,pfundo vero poſita q̄ patit̄ parte cōſiderare oz hmōi eſſicere ſalubre vt nō cōtingat exolui i via.

Et ſi mēbrū in quo ē egritudo ē lōgiquū ſubmerſum i ,pfūdo tūc oz vt ingeniet̄ in hoc vt ſit cum cauſa ipſum ſanante ſuperfluitas virtutis alicui⁹ cū qua fiat ſecuritas ne debiliteē vtus eius in via āteq̄ pueniat ad membrū in quo eſt egritudo.

Sigitur calidius eē oportet moderato non in tanto ſit ſoluz calidus quāto idiget paſſio ſed ſuper modum apponatur pp poſitionez neceſſario adueniens.

Querit̄ h q̄re dicit gal. x. grad⁹ ⁊. vij. gradus cū gradus oēs ſint. iiij. ſm φ ipſe ponit i libro deſimplicibus medicinis. huic vero q̄ſtioni due ſunt reſpōſiones vna eaꝝ ē: q: exēplū h⁹ nō ē verū. ⁊ altera ē q: vnuſqſqz. iiij. graduū diuidit̄ in tres mañōes ſ. primā ſecūdā ⁊ tertiā fiunt ergo. iiij. gradus xij. manſiōes. ga. ḡ enumerat. x. gradus q̄rti et. vi. volēs pmā manſionē gradus tertij. 98

↑ Solutio cuiuſdā q̄ſtionis.

Hec egritudo i h ſmōe eſt malicia cōplexionis calide ⁊ ſicce. 99

Uult vt conſideres quante lōgitudis ſit mēbrū ifirmū et exn̄s ſm q̄ntitatē q̄ neceſſaria eſt vt addat̄ i virtute eius medicine donec pueniat ad mēbrū ⁊ remaneat i ea virt⁹ eq̄lis virtuti egritudinis. qđ ē. q: virtus medicine minuitur ⁊ debilitatur in via. ⁊ ,ppter illud neceſſe ē vt addatur i virtute eius per quantitatem eius quod minuitur ex ea in via. 100

↑ Per augmētū q̄ntitatis medicine augetq̄ φ minuit̄ ex ea i via.

Egritudo in h ſmone ē frigida ⁊ ponam⁹ φ ē in renibus. φ ē frigidā in gradus ſecundo: ⁊ puenit medicina que bibitur ad renes poſtq̄ tranſit per os: deide per iſophagum: poſtea per ventrem: deinde per inteſtinum ieiunuz et per vias epatis que nominantur meſarice: ⁊ per epar ⁊ venam cōcauam. nam quia caliditas eius minuitur in hac via duobus gradibus: oportet vt ſit caliditas eius intenſa per quattuor gradus. 101

Poſtq̄ docuit φ i medicinis ca. oportet vt addatur ex caliditate p

Mō hic de ſbā groſſa medicinaꝝ frigidarū̄

q̄titatē que peruenit ad membrū̄ ⁊ remaneat in ea quod ſit e-
q̄le frigiditati eius ⁊ in medicinis frigidis non eſt poſſibile il
lud: tūc dedit i medicinis frigidis hūc canonē: ⁊ ē vt ꝯſideres i
ſubſtātia earū. i ſubſtātia enim groſſa nō penetrat: ⁊ nō ſubmer
git̄ ſ; multotiēs iſpiſſat mēbrū i p̄mis cui occurrit ⁊ coartat ca
liditatē itus q̄re duplat̄ i egritudine: ⁊ addit̄ in q̄titate ei⁹. ſit
ḡ pluſq̄ȝ fuit materie e
gritudinis cā. ſubſtan-
tia vero ſubtilis poſſi-
bile ē ꝙ ſubmergat̄ ⁊ p
ueniat ad ꝓfundū vſq;
ad ſpaciū longinquum
cuius exēplū eſt vt ſit
i epate egritudo ⁊ ex ma
licia cōplonis ca. in ſe-
cūdo gradu. ⁊ oȝ vt em
plaſtret̄ epar emplaſtro
infrigidāte. ꝙ ſi ſubſtā
tia medicine cum q̄ ſit
emplaſtrū fuerit groſſa
iſpiſſat̄ cutē: ⁊ coartat
caliditatē intus: q̄re in
flammat̄ eū hoc empla
ſtro. Si āt ſubſtātia me
dicine ē ſubtilis: poſſi-
bile ē vt ſubmergat̄ et
penetret i lacertis vſq;
quo pueniat virtus ei⁹
ad epar ⁊ reſiſtat egritu
dini ei⁹. ⁊ oȝ vt addas
i frigore ei⁹: ⁊ ſbtilitate
tm̄ ꝙ non bebilitet̄ vir
tus eius in via. 102

Per hoc exēplū
itelligit Gal. ca
nonē medicia
rū calefaciētiū: ⁊ cano-
nē medicinarū iſrigidā
tiū: ſ; ꝯſidera q̄ earū eſt
poſſibilis vt ſubmer
gat̄ ⁊ penetrat ⁊ eligat
eā ſup ipam q̄ nō ſub-
mergit̄ ⁊ nō penetrat:
⁊ menſura vnāquāq;
eaꝝ. ſ. ꝙ pueniat ad mē
brū iſirmū: ⁊ cū ea ſit v̇-
tus reſiſtēs egritudini.
⁊ i hac mēſuratiōe ē ne
ceſſariū vt expiaris me
dicinas. ⁊ ſcias p rōnē
⁊ expimētū q̄titates v̇
tutū eaꝝ: ⁊ q̄titates
groſſitudinis ſubſtan
tiarū eaꝝ ⁊ ſubtilitateȝ
earum. 103

Vult ꝙ loc⁹ mē
bri ſignificet ti
bi q̄titatē me-
dicine: cū q̄ occurrat egri
tudini ei⁹ aut ſm̄ ſemi-
tā medicine q bibit̄ aut
ſm̄ ſemitū caputpurgij
aut clyſteris aut ſirin-
ge. 104

Iſte canō ē ſū
pt⁹ i medicatōe
ex forma mēbro
rū ⁊ cōitate eoꝝ: cui⁹ p
tē expōit galien⁹ ⁊ di-
mittit ptē ei⁹. illō āt qō
de eo explanat ē. † ꝙ ſi

† Sēp p-
hibēde ſūt

Et ſimiliter ſi mēbrū
eſt longinquū ⁊ indi
get vt ſit cā ſanans
ipm̄ calidior equali: tūc n̄ oȝ
vt caliditas eius ſit cū quā
titate qua indiget egritudo
tm̄: ſed opȝ vt addatur vir-
tute eius ſecūduȝ illud quod
neceſſarium eſt ex additōne
in ea propter locum longitu
dinis loci membri.

Si vero frigidius ſit:
nō ſimpliciter oȝ tā
to facere illud frigi-
dius ſed materiā medicami
nis cōſiderare prius. ſi enīȝ
parachimeres ē: non perue-
niet vſq; ad ꝓfundum mul-
tum. contrarium vero ope-
rat̄ aliquando ſpiſſam ſup-
ficiem. ſi vero leptomeres
ſit poſſibile ē puenire vſq;
ad plurimū ꝓfundū.

Et ſi indiget mēbrū
vt ſit cā ſanans ipſuȝ
frigidior equali: tūc
non oȝ vt intēdatur ad hoc
vt ſit frigidior per illaȝ q̄ti-
tateȝ tm̄: ſed oȝ vt conſidere
tur in primis in ſubſtātia ei
us: nam ſi eſt groſſa: non eſt
poſſibile vt ſubmergat̄ in ꝓ
fundo vſq; ad ſpacium mul
tū. veritū ⁊ multotiens effi
cit contrariuȝ illius per hoc
qō cōſtringit ſuperficiē cor
poris. ſi autem eſt ſubtilis.
tunc poſſibile eſt vt ſubmer
gat̄ ⁊ perueniat ad ꝓfundū
vſq; ad ſpaciū longinquuȝ.

Ita vero ⁊ in hūe-
ctātibus ⁊ deſiccāti
bus parachimeres
⁊ leptomeres ſubſtantie cō-
ſiderande ſunt.

Et ſecundum hanc
ſimilitudinem opor
tet vt cōſideres in re
bus humectantibus ⁊ de-
ſiccantibus in groſſitudine
ſubſtantie earum ⁊ ſubtilita
te eius.

Expoſitione quideȝ

mēbro ē meat⁹ aptus ad q̄dam mēbra cōicantia ⁊ cōſi
derem⁹ tūc ſi mēbruȝ ad qō ē apertuȝ ſi nobilius: ⁊ tūc
ꝓhibem⁹ ſupfluitates currere ad ipm̄: ſi ē vilius ſti-
mulam⁹ eas vt currāt ad ipȝ. Quod āt dimiſit expla
nanduȝ eſt: ꝙ ſi eſt meatus ei apert⁹ in quo puenit me
dicina ad ipȝ: igeniamus in hoc vt pueniat medicina i
illo meatu ad mē
brū: ſicut facim⁹
i cerebro cum ca-
putpurgio: ⁊ in
vētre cum cly-
ſteri. 105

Et ē ꝯclu
ſio ei⁹ qō
pceſſit in
curatōe malicie
cōplonis. mali-
cia āt cōplonis
q̄nq; ē cū mā q̄
ē cā ei⁹ ⁊ itēdim⁹
ad euacuationeȝ
ill⁹ materie fa-
ciētis cōploneȝ
malā. ⁊ q̄nq; ē
malicia ꝯplonis
ſine mā: ⁊ itēdi
m⁹ ad hō vt pmu
tem⁹ eā cū eo qō
ē ei ꝯtrium tm̄: hō
ē vltimū qō de-
dit ex canonib⁹
i curatōe vni⁹ ge
neris egritudi-
nū. ⁊ eſt genus
nominatū mali
cia cōplōis. 106

Non ē poſ
ſibile vt cō
tinuet̄ illō
qō diſrūpit̄ ex
mēbris officiali
b⁹ niſi q̄n ipa ſit
cōpoſita ex mē-
bris ſimiliū p-
tiū. diſrūpūt̄ ḡ
mēbra in eis di
uerſaꝝ ſbaꝝ q̄rū
vnūquodq; in-
diget medicis q̄
ſt alie a medici-
nis qb⁹ indiget
aliud. et multa
iſtorū mēbroruȝ
ſimiliū ptiuȝ i-
poſſibile ē ſoli-
dari: ⁊ ſi illa q̄rū
generatio ē ex ſp
mate ſicut os et
neruus. veruȝ
poſſibile ē vt cō
tinuet̄ p rē aliq̄ȝ
que continet q̄ſ-
daȝ ptes eorum
cuȝ quibuſdam
ſicut eſt aldebu-
duch. i. porus:
mēbra āt carno-
ſa poſſibile ē vt
ꝯtinuent̄ q̄n ge
neratio eoꝝ ē ex
ſanguie ⁊ ſangui-

ſupfluita-
tes ad mē
bra nobi-
lia currere.

patientis loci manifeſtatio
inuenit ſalubre vt dictum
eſt nunc.

Quod ſi uis vt aggregē tibi cauſas que rectificant hanc diſpoſitionem ⁊ attrahunt habenti ipſam ſanitatem: tunc ſunt omnia que adiuuant ad hoc vt ſuperueniat corpori nutrimentum velociter cuſtodiens: ⁊ ſi amas vt diſtinguam tibi eas: tunc ſunt motus equales ⁊ cibus ⁊ potus eq̄lis ⁊ ſomnus equalis: ⁊ ſpēs motus ſūt in vehitione ⁊ deambulatione ⁊ fricatione et balneatione.

Oportet vt regantur regimine eq̄li in vnaquaqʒ cauſarum ſex: que ſunt aer continens: cibus ⁊ potus: ſomnus ⁊ vigilia: ⁊ euacuatio: ⁊ cōſtrictio ⁊ accidētia anime. verumtamē Galienus dixit, i illis tria vt ſignificet ſuper reſidua per ea: ⁊ dixit ſpeciebus particulariū motus vehitionē ⁊ deambulationē vt ſignificet ſup omnia particularia motus: ⁊ intelligant ex particularibus motus particularia etiā vniuſcuiuſqʒ cauſaruʒ ſex: ⁊ perſcrutatus ē exquiſite ſermonē in eis in duobus libris: q̄ruʒ vnus ē liber de īgenio ſanitatis ⁊ alter ē de regimine ſanorū. 210

Quando tu adminiſtras i regimine ſanitatis conualeſcētis ⁊ retentiōis reſidui vite ſeniſ cibū ⁊ potū eq̄lem in quantitate ſua ⁊ ſua qualitate ⁊ bonitate digeſtionis eorū et adminiſtras ſomnuʒ equaleʒ ⁊ motuʒ equaleʒ facile que confortāt mēbra eorū: ⁊ expirare faciūt illō qō aggregātur in eis ex vapore aut per vehitionē: aut p ambulationem: aut p fricationē equalem: aut per balneationē aut per duo ex iſtis: aut p plura duobus. ⁊ vides eos q̄ iā rectificati ſunt per ea rectificatiōe multa poſt adminiſtrationeʒ eorum tūc precipe eis vt inquirant cōuerſationē in pauco ex eis in quo cucurrit conſuetudo eorum conuerſari: ⁊ ingrediantur in eo paulatī: ⁊ gradentur in eo donec redeant ad conſuetudinem eorum ex operationibus quas conſueuerunt. 211

Iam ſciuiſti ex canone curatiōis cōmuni: ſcilʒ ex curatiōe contrarij per contrariū: quia cum virtutes conualeſcentiū ⁊ ſenum ſint debiles indigent cibis humidis velocis digeſtiōis: ſicut ſūt ſorbitiones: ⁊ aqua pulloruʒ: ⁊ ius gallinarū: ⁊ cū infrigidatur cōplo: indigent calefactione membrorum ſuorum cum cibis: quapropter oportet vt illud quod das eis in cibo ex eis nō ſit frigidū: ⁊ gradare eos in iſtis rebus ex minori ad plus paulatim: ⁊ ſimiliter oportet vt facias in motibus ⁊ vnaq̄qʒ cārum. 212

Rectior potuʒ conualeſcentibus ⁊ ſenibus ē vinum temperate complexionis: ⁊ nō eſt ſup te ſiue ſit antiquum ſiue nouum per quā ſit ſigna equalitatis apparentia in eo: ⁊ ſunt illa que numerauit color quidem albus aut decliuus ad rubedinem ſed in ſubſtantia eſt clarum lucidum: odor vero eſt bonus cum equalitate: ſed ſapor eſt non mortui ſaporis nec fortis valde: ſed medium eſt inter ponticitatem ⁊ ſtipticitatē: ⁊ inter amaritudinē ⁊ dulcedinē. 213

Iſte ſermo tolerat duas expoſitiones. vna earʒ eſt vt velit omnes canones curationis. ⁊ altera ē vt velit totum quo regantur conualeſcentes ⁊ ſenes. prima vero expoſitio eſt ſermo communis quo facit nos rememorari totius q̄d narrauit in hoc libro: ⁊ propter illud ponit eum ſigillationeʒ eius. Expoſitio autem ſecunda eſt ſermo proprius quo facit nos rememorari ꝙ corpora conualeſcentium ⁊ ſenum cuʒ ſint frigida: indiget eiſ que calefaciunt ea ex cibis ⁊ potibus ⁊ motu: ⁊ reliquis cauſis calefactione equali. ⁊ ſi ſint debilia: indigent eis que cōfortant ea ex cibis ⁊ potibus ⁊ ſpeciebus exercitij. ⁊ cū ſint diminuta ex ſanguine ⁊ ſpiritib⁹ īdigent eo quod addat illud ī illis ex cibis ⁊ potibus: ⁊ bonitate digeſtiōis: ⁊ exercitio ⁊ gaudio. Et eius ſūt ſpecies multe: ſicut aſpectus rerum boni aſpectus: ſicut celum et ſtelle ⁊ aqʒ ⁊ colores boni ⁊ ſtratus alei: ⁊ vaſa precioſa: ⁊ q̄ bonam faciunt animaʒ ex narrationibus faciētibus ridere: ⁊ q̄ faciūt ſuper animā leticiaʒ et ſuffumigatio bona: et odores delectabiles: et reliqua que ſunt illis ſimilia. ⁊ cum ſint mēbra illorum ſicca: eis indigent que humectant ea. in conualeſcentibus quidem afferatur cambium eius quod reſoluerunt dolores ex eis ⁊ humoribus: in ſenibus vero extrahatur cum facilitate illud quod aggregatur in corporibus eorum de ſuperfluitatibus: et inquiratur calefactio membrorum ⁊ ipſum humectatio cum cibis et potibus conuenientibus ⁊ fricatione ⁊ balneatione: ⁊ ſimilibus iſtis ex illis que quando ponis illas radices ſunt ſuſtentamentum tuum. et vtens vnoquoque particularium ſecundum ſe: conſequeris intentionem tuam queſitam. Et cum poſt Galienus. ⁊ Diaſcorides. ſint herbe inuente vltimi iuuamenti velocis valoris: ſicut valor camphore in egritudinibus peſtilentialibus calidis: ⁊ muſcus in egritudinibus peſtilentialibus frigidis. ⁊ ſicut velocitas herbe aphrodilli cuius flos ſimilatur celeſti facientis euadere ex punctura ſcorpionum et ex morſu ſerpentium et viperarum: donec dicitur quod qui bibit ex ea aliquid: et mordet ipſum vipera aut ſerpens aut ſcorpio: non ſentit per eos dolorem: et ſi eſſet ex rebus que ſunt deteriores iſtis rebus ⁊ maligniores eis. et quia ita ſtat anno vno quod non imprimit in corpus eius venenum. tunc iam poſſibile eſt vt ſint etiam medicine que prohibeant a velocitate ſenectutis ſcilicet a frigore membrorum ⁊ ſiccitate eorum: et prolongetur per illud vita hominis quando regimen eius ſit bonum: ſicut dicitur quod homines vixerunt centum annis: et vnum quod inuenitur in illo eſt medicina inda. et nominatur triphera: ipſa namque bonam efficit digeſtionem et colorem bonum. et prolongat iuuentutem tempore et ſpacio longo quando cum vſu eius bonum eſt reliquum regimen. et fortaſſe illi qui diu vixerunt inuenerunt iam medicinas quibus prolongate ſunt vite eorum: quarum cognitio non peruenit ad grecos

Et ſi multum meliores adhuc ſiant: ad cōſueta opera paulatim attingant.

Et ſi rectificāt rectificatione multa poſt vſuʒ harū rerū: tūc oʒ conuerſari in pauco ex eis in quibus ꝯſueuerūt cōuerſari ex opatiōibus.

Ciborum vero ī principio q̄dē hūidi ⁊ bñ digeſtibiles ⁊ nō frigidi: poſtea vero magis nutrientes.

Sibi aūt opationē vt in primis ſint ex reb⁹ hūidis velocis digeſtionis que nō ſunt frigide. cum ergo extenditus eū cis tēpus tūc oʒ vt ſint ex eiſ quorum nutrimētū eſt plus.

Potus vero apt⁹ vinū ē: etate q̄dem mediū forma vero purum luciduʒ ī colore vero aut albuʒ aut ſubrubeuʒ: odore vero ſuaue: ī guſtu vero nec aſuʒ omnino nec aliquā vehementem qualitatē oſtendēs nec ſtipticam nec amaram nec dulcem.

Potus aute rectior eis eſt vinuʒ equale inter antiquum ⁊ nouum: ⁊ quando aſpicis ipm vides ipſuʒ claruʒ luciduʒ: ⁊ color eiuſ aut albus aut decliuis ad rubedinem ⁊ quādo ipſum odoras inuenis ipſum boni odoris cum eq̄litate: ⁊ quando guſtas inuenis ipſum ſaporis non mortui neqʒ fortis valde donec non ſit vincens ſuper ipſum ponticitaſ aut ſtipticitas aut amaritudo aut dulcedo.

Dictū ē aūt vt modo dixi ī terapētica facultate āpli⁹ ſup hiſ.

Etiā narraui oēſ iſtaſ res ſicut dixi paulo aū narratōe magne expoſita hac ī libro ď igenio ſanitatiſ.

nec ad aliquē coꝝ qui venerunt poſt eos uſque hodie: ⁊ fortaſſe illud inuenietur in eo quod futurum eſt ex tempore. nam quando triphera eſt ſecundū ꝙ diximus: tunc poſſibile eſt inuenire quod ea ē magis vltimum: veruntamen non eſt poſſibile omnino inuenire medicinam prohibentem a morte vllo modo ⁊ conſeruantem vitam ſemper. Galienꝰ autē demonſtratiōe ꝓbauit in tractatu primo de regimine ſanorum: ꝙ hec res eſt impoſſibilis in natura hominis cum ſit compoſitus ex ſpermate ⁊ ſanguine menſtruoſo. 214

Iam palā dixit Gal. in hoc ſermone illud ad qđ intendimus de hoc ꝙ nominauimus hunc librum artem paruam ⁊ ꝙ ipſe nominauit ipſum hoc nomine vt ſignificet quia in eo ſunt ſumme totius artis medicine quam expoſuit in libris ſuis et non nominauit eum hoc nomine per comparationem eius ad librū de ingenio ſanitatis ſolum ſicut putat cui non eſt intellectus: ⁊ iſta ſūt nomina librorꝫ eius in quibus docuit artez medicine ſecundum expoſitionem ⁊ determinationem: ⁊ dicit intētiones ſuas in eis cum conditionibus ſuis. 215

Audi ordinem librorum in quibus perſcrutatus eſt exquiſite Galienus doctrinā artis medicine. 216

Iſti tractatus omnes ſunt pendentes et precedentes cum complexione. 217

Scilicet lege et vide librꝫ de virtutibus naturalibus poſt duos tractatus primo de complexione: et lege ante iſtos duos primos tractatus librum de elemētis. 218

Uult quod ſunt ei poſt

Nunc eniꝫ percurrere oīa ꝑticularia nobis ꝓpoſitū erat ſolummodo rememorari capitula in aliis eniꝫ negociis fecimus tractationez que preſcribēs quidē quot ſunt ⁊ qualia determinabo orationē in eis.

Et nō ē intētio mea in hoc libro vt narrē oēs res ꝑticulariť veruntamen nō intēdo in hoc libro niſi vt rememorer ſummas eius qđ expoſui ⁊ oſtēdi in libris meis aliis: ⁊ ego ſū dicens illos libros alios quot ſť ⁊ qui ſūt. ⁊ diſtiguā vnumquenqꝫ eorū: deinde abſcindā poſtquā narrauero illud librum iſtū.

Dictuꝫ igiť quidē eſt ⁊ prius quoniā eſt vnus alius liber in quo de cōſtitutiōe ⁊ inuētōe artis medicine tractauimus añcedūt autē eū duo priores qui ſunt de artiū cōſtitutiōe ſed hi nunc expleto eorum nemero que ſine traditione ſť operationuꝫ.

Iam dixi paulo añ: qr ego ſcripſi tractatū i quo narraui q̄liter ē medicina. ⁊ precedunt hūc tractatū duo tractatus ī qbus narraui eſſentiā oīum artiū: verūtamē iſti tractatus cū hoc tractatu quorum iſte eſt cōſūmatio ſunt preter libros quos edidi ſcđm expoſitionē ⁊ dilatationē in ſermone. Illorū autez librorꝫ iſte ſūt ordinationes.

De his qdē igiť q̄ ſecūdū hip. ſť elemēta vnus liber ē: poſt aūt eū tres de cōplexiōibus quorꝫ duo quidē de his q̄ in animalibus ſunt complexionibus: tertius autem de pis qui i pharmacus. Ideo ꝙ ⁊ de ſimplicium pharmacorū virtutis opere nō poſſibile eſt ſcire perfecte ſi non diligēter ſtudeas legere tertium de complexionibus. Eſt aūt ⁊ alius liber paruus ſequens duos primos de complexiōibus qui de ano mala diſcraſia inſcribiť: hunc autez ſimiliť alii duo q̄ꝫ parui. hi qdē de compoſitiōe optima corporis: hi vero de bona habitudie.

Primus liber eoꝝ eſt i quo narraui eē elementorū ſecūdū ſniam hip. et poſt eū ſť tres tractatus i qbus narraui eſſe cōplexionis. narraui ſiqdē i duobꝰ tractatibus ꝑmis ex eis eſſe cōplexiōis aīalium ⁊ narraui i tertio eē cōplexiōis medicinarū ſimpliciū: ⁊ ꝑꝑ illud fit impoſſibile aliquē intelligere librū meū de virtutibus medicinarū ſimpliciuꝫ ſecūdū ꝙ oꝫ ſi nō antecedat ⁊ legat tertiuꝫ librꝫ meū de cōplexione: et perſcruteť exquiſite ītellectū eius: ⁊ poſt eū ē tractatus vnus paruus qui continuať cuꝫ duobus tractatibus ꝑmis libri mei i cōplexione. ⁊ inſcriptio eius eſt de cōplexiōe mala diuerſa: ⁊ duo alii tractatus quorū vnius īſcriptio eſt de meliore habitudie corpis: ⁊ alterius ē īſcriptio de bōa habitudie corpis

Tripartita eſt alia opatio de vtutibus naturalibus: quā ſiue poſt duos de cōplexiōibus: ſiue poſt eū qđ elementis legere qs velit pōt hoc conſeq.

Et poſt librū de cōplexiōibus eſt liber alius i quo ſť tres tractatus qbus narraui eſſe virtutū naturaliū: ⁊ poſſibile eſt poſt hoc vt legas hūc librū poſtq̄ legeris duos tractatꝰ ꝑmos de cōplexiōe: ⁊ poſtq̄ legeris tractatū i quo narraui eē elemētoꝝ: vt ſit lectio tua ſecūduꝫ ordinez cōtinuū

Poſt hūc aūt i multis opibus de aīalibus opatiōibus tractauimus.

Et ſť mihi poſt hūc librū libri multi i quibus narraui eſſe operationum animaliuꝫ.

Quoniam autem ⁊ in demonſtrationibus eorum non parua vtilitas eſt que per anathomiam apparent: primum in illis exercere oportet. Eſt autem vltima ⁊ vtiliſſima quedam eorum que vocatur anathomia diſputatio ⁊ diſpoſitō ⁊ alie cum ea multe. In duobus quidem de anathomie diuerſitate: in vno autem de ea que mortuorū anathomia poſt hos autem duos de ea que viuorū: in aliis autem quibuſdam ſecunduꝫ partes introducendis faciemus eam que de oſſibus: ⁊ eā que de muſculis eſt anathomia: ⁊ eam que neruorum: ⁊ eam que arteriarum ⁊ venarum: ⁊ quidaꝫ tales alii talium ſunt: ⁊ ſi ſecundum naturaꝫ qui in arteriis ſanguis.

Uerūtamen cum in demōſtratōe ſuper ea q̄ apparent i anathomia iuuamētū nō paruū: oportet vt antecedat ſtudium i anathomie libris: ⁊ magis cōſecutiuus librorum in quibus narraui anathomia eſt liber curatōis anathomie: ⁊ poſt

libꝛuz de virtutib⁹ animalib⁹ libri multi. 219

LIber curatiõis anathomie eſt .xv. tractatus: ⁊ tractatus quos poſuit diſcipulis ſũt quinq; q aggregati ſunt i libro vno ⁊ nominaꝶ poſt illud anathomia pua. 220

ISti ſũt quattuoꝛ tractatus qui aggregati ſt ⁊ nominaꝶ libri vocis. 221

ISte liber eſt nonus tractatus: ⁊ tractatum decimũ fecit reſpondendo de dubitatione qua dubitabant quidaz homines ſui tempoꝛis. 222

LIber de iuuamẽtis mẽbroꝛuz eſt decez ⁊ ſeptem tractatus. 223

VNaqueq; haꝝ diuiſionũ eſt quattuoꝛ tractatus. 224

ILlud qđ conſequitur eſt: quia poſuit hũc tractatuz veruz pꝛomiſit illum ⁊ dimiſit ipſum ⁊ moꝛtuus ẽ ſine ipſo ſecundũ Gapi. octoginta ſeptẽ ãnoꝝ. 225

VNiuſqſq; horum libroꝛum eſt tres tractatus. 226

SEptez tractatus nominantur cathagenes: ⁊ decem nominantur almeamur: in quibus dixit medicinas compoſitas ſecundum membra patiẽtia. 227

ipſuz ſunt libri alii multi ex quibus ſũt duo tractatus in quibus narraui eſſe eius qđ cadit i anathomia de diuerſitate: ⁊ ex eis eſt tractatus in quo narraui eẽ anathomie aĩaliuz moꝛtuoꝛuz: ⁊ ꝯtinuãtur cũ eo duo tractatus in qbus narraui eſſe anathomie animaliuz viuoꝛum. Et ex eis ſunt tractatus alii quos poſui diſcipulis in anathomia oſſiuz ⁊ lacertoꝛuz ⁊ neruoꝛuz ⁊ venarũ non pulſatiliuz ⁊ pulſatiliuz ⁊ tractatus alii ſimiles iſtis: ⁊ ex eis qui ingrediuntur in oꝛdine iſtoruz ẽ tractatus in quo oſtendi ꝙ ſanguis eſt retentus in venis pulſatilibus natura.

DEmõſtrãtes ipſaſ operatiões duo qdẽ ſt de mulſculiſ ⁊ motibus: tres ãt de thorace et pulmõis motu. poſt hos q de reſpiratiõis cauſis quos ſequitur q de voce.

EſSe autẽ operationuz narraui i duob⁹ tractatibus in qbus narraui motum lacertoꝛuz. Et tres tractatus ſunt in qbus narraui motum pectoꝛiris ⁊ pulmonis: ⁊ ſequitur hũc libꝝ liber noſter de cãiſ reſpirõis: ⁊ poſt hũc ſũt tractatus quos edidi de voce.

DE principali autẽ ⁊ de aliis oĩbus ꝗcũq; circa naturaleſ aut aĩales operatiões querunꝶ: in multi partito opere manifeſtauimus quod de hippocratis ⁊ platonis dogmatibus inſcripſimus.

EſSe autem virtutũ que nominantur regitiue ex virtutibuſ aĩe ⁊ reliquoꝝ de qbus eſt neceſſaria inqſitio de eẽ opationuz naturaliũ ⁊ animaliũ oſtendi in libro in quo ſunt tractatus multi: quoꝝ iſcriptionem poſui de ſentẽtiis hippo. ⁊ platonis.

EXhuius generis ſt que ⁊ in conſideratione que de ſpermate ſcripta ſunt ſingularitates: ⁊ adhuc que de hippocratis anathomia: que oĩa quidẽ de vtilitate mẽbroꝛuz ſequitur opatio.

ET ingrediuntur in hoc genere doctrine duo tractatus quos edidi de ſpermate ⁊ liber de anathomia hippocratis: deinde poſt iſtos libros omnes ſequitur liber de iuuamẽtis membꝛoꝛum.

AD cognitiões autez egritudinum ⁊ q̃ de patientibus locis: ⁊ q̃ de pulſibus opatio vtilis exiſtit ſcðm quã ⁊ pꝛcognitiões docemus. antecedũt ãt eũ q de pulſibus duo libri q de vtilitate pulſuũ. hic autez q de pulſibus in qttuoꝛ partes diuiſus ẽ: pma qdẽ de differẽtiis eoꝝ ſecũda de cognitõe: tertia de hiſ q̃ i pulſib⁹ cãis: ⁊ qrta de ea q̃ p pulſus pꝛcognitiõe hui⁹ generis ẽ.

EX libris autez qbus fit iuuamẽtũ i cognitiõe egritudinum eſt liber cognitionis egritudinuz membroꝛuz interioꝛuz patiẽtium: ⁊ ex eis eſt liber de pulſu i quo narraui pnoſticationẽ q̃ fit ex pulſu. Et añcedũt libꝛuz pulſus duo tractatus. quoꝛũ vnus ẽ i neceſſitate reſpiratiõis: ⁊ alter i neceſſitate pulſus. Liber aũt noſter i pulſibus diuidiꝶ i qttuoꝛ diuiſiões. i cuius pria diuiſiõe narrauimus ſpecies pulſus. ⁊ narrauim⁹ i ſecunda qualiꝶ cognoſcunꝶ ille ſpecies. ⁊ narrauimus i diuiſiõe tertia cãs facientes illas ſpecies. ⁊ narrauimus in diuiſione quarta pnoſticationem que fit ex illis ſpeciebus.

EX hoc genere ẽ q̃ i itroducẽdis de pulſib⁹ ſcriptus ẽ. In mẽte ãt habea ⁊ aliũ facere librũ vnũ velut iciſionẽ oĩuz: quẽ artẽ de pulſibus ſiue epithoma inſcribam.

ET igrediꝶ i hoc genere tractat⁹ quẽ poſuim⁹ i itroducẽdis i pulſu. Et ego qdẽ i mente habeo vt ponã tractatũ aliũ i quo ſũmati ponã totũ qđ dixi i iſtis tractatib⁹ q ſt de pulſu ⁊ foꝛſitã ponã iſcriptõz illi⁹ tractat⁹ aut artẽ pulſ⁹ aut ſũmaſ eẽ pulſ⁹

VTilia ãt ad hãc iſcriptõz ſt ea q̃ p cõmẽta ⁊ iudicia eius qđ pulſib⁹ archigẽis liber deãſt. Ad pꝛcognitões ãt vtiliſſima maxie q̃ criſi opatio: añcedit ãt hãc q̃ de creticis: ſʒ q̃ de diſnia ⁊ ad cognitiões pñtis diſpõis: ⁊ ad cognitiões futuroꝝ bonoꝝ vl' maloꝝ circa laborãtẽ vtiliſ exiſtit.

ET ex eis qb⁹ fit iuuamẽtũ ex hac ſcia ſt tractatus i qb⁹ expoſui illã qđ dixit archigeneſ pulſu: ⁊ qđ expertus ẽ: ⁊ oñdu rectũ eius ex eo qđ errauit vel narrauit. libri ãt qb⁹ fit iuuamẽtũ i pnoſticatiõe magis vltius eoꝝ ẽ liber criſis: ⁊ pcedit ipʒ liber de creticis dieb⁹: ⁊ liber quẽ edidi i malicia reſpirõis: q̃ fit iuuamẽtũ i cognitiõe rei pñtis ⁊ i pnoſticatõe rei futuꝶ ex bono aut malo qđ accit ifirmo.

ET q de ſimpliciũ pharmacoꝝ vtute ſt quorũ pus memi. ⁊ hi q de cõpõne pharmacoꝝ

ET vndeci tractat⁹ i qb⁹ narraui eẽ medicinaꝝ ſipliciũ ⁊ iã dixim⁹ eoſ añ ⁊ decẽ ſeptẽ tractat⁹ i qb⁹ narrauim⁹ ꝯpões medicinaꝝ ⁊ eẽ ꝯpõis eaꝝ.

HEc igiꝶ oĩa ⁊ cũ eis ſt qdã ad cognoſcẽduz vtilia: quemadmodũ ⁊ q de pꝛocatarticis ãis: ⁊ q de mediciali empia: ⁊ q de ſubtilitate die

AGgregati ſunt iſti tractatus ſeptem in libro vno et nominatur liber cauſaruʒ accidentium. 228

Ipſe autē dicit in libro de ingenio ſanitatis: oʒ vt legatur poſt librum de ingenio ſanitatis liber de medicinis compoſitis: ⁊ oportet vt legant medicine ſimplices ante librum de ingenio ſanitatis. 229

Docuit per hūc ſermonem modū neceſſitatis q̄ eſt de arte dialetice in arte medicine. Manifeſtū ē eni qꝫ non ſcit rectum ⁊ certum: nec rectificat ab errore niſi ꝑ artem dialeticam ſolam. 230

Iam fecit hoc ga. in duobus tractatibus q̄s nomiauit ꝑuitas librorū vel nominatio librorū ga. Et ex libris quos dixit in hoc loco ⁊ libris quos dixit in nominatione librorum ſuoruʒ: ⁊ ſunt illi qui exierunt ab arabica lingua vel ad arabicam linguam ⁊ eſt plurimum eorum ad illud ad quod vocat neceſſitas in doctrina artis medicine. ⁊ ex eis ſunt quos non vidi vſqʒ ad dīem hunc: ſicut librum in quo expoſuit illud quod dixit archigenes in pulſu: ⁊ ſicut libri eius in anathomia hyp. Et ab iſtis duobus libris fit excuſatio per illud quod oñdit in libro ſuo de pulſu: ⁊ per id quod oſtendit in libro ſuo de anathomia. Et ſimiliter fit excuſatio per canones quos dixit in quinque tractatibus primis medicinarum ſimplicium a toto illo quod poſuerunt qui venerunt poſt eum ex medicinis quas oſtendit oſtendit ſe inueniſſe. Et ſimiliter fit excuſatio per librum ſuum de criſi: et per librum de ingenio ſanitatis a libro ſuo de febribus. Ipſe eniʒ exquiſite perſcrutatus eſt eſſe febrium in his duobus libris ⁊ ſecundum hanc viam neceſſe eſt tibi vt intelligas intentiones galieni et agas cum eis: et addiſcas artem medicine ſecundum quod magis completum eſt.

ta: ⁊ amplius qui de phlebotomia ad cimalcrū vel cōtra eraſiſtratum: ⁊ qui de his q preter naturam tumoribus ſūt: ſimiliter auteʒ ⁊ alii q de multiplicitate humorum: ⁊ ali qdem tales. omnium autem vtiliores ad terapēticuʒ mercedeʒ ſunt ⁊ qui de egritudineʒ differentia: ⁊ qui de accidēnbus: ⁊ tercius de his in quo cauſas egritudinum tractauimus: cum qbus alii tres in quibus que in accidentibus cauſas commentauimus.

ET omnes iſti libri ⁊ tractatus alii cuʒ eis ſingulares ē neceſſe vt legātur ⁊ regātur ⁊ preparētur: ⁊ ex eis eſt tractatus in quo narraui eē cauſarū ꝑmitiuarum: ⁊ ex eis ē tractatus ī experiētia medicinali: ⁊ ex eis ē tractatus ī regimie ſubtiliāte: ⁊ ex eis eſt tractatus ī phlebotomia venarū ī quo cōtradixi eraſiſtrati: ⁊ ex eis eſt tractatus in apoſtematibus: ⁊ ex eis eſt tractatus in multitudine humoruʒ: ⁊ alii ex eis q ſunt ſimiles illis: ex quibus non eſt excuſatio in intellectu libri de ingenio ſanitatis: ⁊ tractatus quo narraui egritudines ⁊ tractatus in quo narraui accidentia: et tractatus tertius in quo narrauit cauſas egritudinum: ⁊ tres tractatus poſt illum in quibus narraui cauſas accidentium.

Explicit commentum Hali filij Rodbon ſupra Tegni galieni: in quo ipſe Hali exponit librum galieni archiatros: filij Abincalis: qui nominatur Microtegni ideſt ars parua.

Incipit libellus de diuiſione librorū galieni.

Teſtatur galienus i commentarijs ſupra dicta hypocratis ſe libruʒ compoſuiſſe de ordie legēdi ſuos libros: ⁊ lʒ hic in fine huius libri Tegni multos nūeret libros quos cōpoſuit ⁊ ordinē legēdi aliquorū rū tradat: verū ex hoc non habetur totus librorꝫ numerus neqʒ totus ordo: vt ergo hec duo habeant ope preciuʒ vtile eē duxi h ſub epilogo ocā galieni ī illo libro ſʒ gētiliſmē tē imediū adducere. dico ḡ in ꝑmiſ qꝫ ga. ꝯpoſuit libros d̄ qbuſdā ꝑcedētibꝰ ad ſciaʒ medcīe: ⁊ ſt nūeros tres: i qbꝰ iſinuat docʒ ⁊ d̄clarat qūo medicia ipa ⁊ q̄libʒ alia ſcia doceri d̄beat: vt ipe dic̄ i fine huiꝰ iā dixi paulo añ qꝛ ego ſcripſi tractatū i q̄ narraui q̄lit̄ē medicia. ⁊ ꝑcedunt hūc tractatū duo tractatꝰ i qbꝰ narraui eēntiā diuʒ artiū: ⁊ fec̄ librū d̄ d̄mōſtratōe ſeu artiū ꝯſtitutōe q liber logica q̄dā ē: de q̄ mētōʒ fec̄ i fine hꝰ tertij libri vbi dixit Et iā oñdi i libro i q̄ narraui meliꝰ igeniū: qꝛ oʒ añ hos libros oēs vt exerceat i libro meo quē edidi i d̄mōſtratōe q vult vti hac arte ꝑ viā rōcinatōis ⁊ exerceri i ea. de q̄ libro ēt mētōʒ fac tertio d̄ ſimplici medicia. c. vltio. Sc̄do ē q̄ ſit medicorꝫ laudabilis ſecta: ⁊ ſic ē liber de ſectis. Tertiꝰ ē vocabulorum ſiue nominum medicinaliū expō: ⁊ ſic ē liber q noiat̄ de nominibꝰ medicinalibꝰ: de q̄ mētionē facit. ſo de differētijs febrū: illo capitulo. Sʒ qm̄. ⁊ fecit libros de medicina vl̄ de principijs qbuſdā medicie: ⁊ ſic ē liber dictus ītrodictorius: aut de tota medicina: ⁊ h̄ dupliciē vl̄ in cōi: ⁊ ſic eſt liber iſte tegni quē nuꝑ emēdauimus vel i ſpāli de ſcibilibꝰ ꝑticularibꝰ ⁊ determinatis. ⁊ qꝛ medicina ē ars opatiua ⁊ mechanica pace doctrine huius dixeriʒ: ideo conſiderat ſubiectuʒ finē ⁊ modū inducendi fineʒ in ſubiectū teſte Auerroi: primo collectorū

QUe de terapētica ſequantur methodo ſcripta ſunt a nobis ſingularit ⁊ que de opatōe.

ET ſequitur hos libros liber de ingenio ſanitatis: ⁊ liber de regimine ſanorum.

QUoniam auteʒ ⁊ ante omnia hec exercere oportet ī ea q̄ de demonſtratione operatiōe logice futuram operari artē in ea que ad optimā hereſiʒ demonſtratum eſt opatiōe.

ETiaʒ oſtendi in tractatu in quo narraui melius ingeniū. qꝛ oʒ āte hos libros omnes vt exerceat ī libro meo quē edidi ī demonſtratione q vult vti hac arte per viā rōcinationis. ⁊ exerceri in ea.

DE aliis aūt conſcriptionibus ⁊ rememoratiōibus q̄s ſcripſimus nō neceſſe eſt tractare nūc de omnibus futuros dicere alios forſitan in vno vel duobus libris īſcriptionem habituris Galieni de ꝓprius conſcriptionibus.

REliquos aūt libros ⁊ expōes quas edidi nō cogit me aliqs dicere in hoc loco. quoniaʒ de ꝯſilio meo eſt vt appliceʒ oēs eos in tractatu vno aut in tractatibus duobus: ⁊ ponam inſcriptionem libri galieni. in rememoratione librorum ſuorum.

ſubiectū aūt quod ē corpus humanū ꝑma aphoriſmo
rū cōmento ꝑmo: hȝ quattuor cās. libri igitur galieni
qdam ſunt de cā materiali ſicut liber de elementis ele
menta enī materia ſunt mixtorū corporum teſte ꝑnci-
cipe ꝑma primi capitulo de elementis: ⁊ capitulo de
cōplexionibus: ⁊ liber de cōplexionibus: ⁊ tertio liber
de humoribus: de quo mētionē facit. ho de virtutibꝰ
naturalibus. ⁊ huic libro de humoribus annectit li-
ber de ſpmate: qꝛ ex his .ſ. hūoribus ſpma hȝ originē
⁊ ꝑncipiū teſte auicēna de cauſis ſpmatis: de quo li-
bro ēt in fine huius meminit cum dixit: ⁊ ingrediunt
in hoc genere doctrine duo tractatus quos edidi de ſp-
mate: neqȝ me fugit hunc librū poſſe alibi collocari. ad
hūc etiā librū accedit liber de colera nigra. ⁊ ad hanc
cauſaȝ materialeȝ adhuc ptiū: liber de medicatōe ana
thomie: cuius etiā meminit ī calce huius tertij libri: ⁊
iſtorū ēt .ſ. de anathomia viuorū ⁊ de anathomia mor
tuoruȝ cuȝ inquit: ⁊ in eis eſt tractatus in quo narraui
eē anathomie animaliuȝ mortuorū: ⁊ continuantur cū
eo duo tractatus ī qbuſ narraui eſſe anathomie anima
liuȝ viuorum. de quibus etiā teſtatur tertio interiorū
capitulo ſecūdo. accedit etiā ad hos liber de vtilitate ꝑ
ticularum: cui adheret liber de differentia origanicorū
⁊ conſimilium membroꝝ. Sunt inſuper alij libri de
cauſa formali ſcilicet complexione: ⁊ eſt liber de cōple-
xione: ⁊ eſt liber de complexionibus ⁊ de malicia com-
plexionis diuerſe: de quibus ī fine huius dicit. ⁊ poſt
eum ſunt tres tractatus in quibus narraui eſſe com-
plexionis. ⁊ infra dicit eodem textu. Qui continuat cū
duobꝰ tractatibus primi libri mei in complexione. ⁊ ī
ſcriptio eius eſt de complexione mala diuerſa. quibus
non īmerito coniungit liber de virtute conſuetudinis:
⁊ liber de calore iuuenis ⁊ pueri: quem teſtatur feciſſe
in commēto illius aphoriſmi prime particule: qui cre
ſcunt. De cā formali .ſ. cōpoſitione ſunt libri anatho
mie: qbus innoteſcunt mēbrorū cōpoſitiones: quorū
iuuamentum ipſe dicit cuȝ ait: oȝ vt antecedat ſtudiuȝ
ī anathomie libri: ſuper ea. n. que apparent in anatho
mia fit iuuamentuȝ non paruȝ. Sed libri de cauſa for
mali. i. virtute ſunt multiplices. qdam. n. eorum ſūt
generales: vt libri de dogmatibus Platonis ⁊ Hy.
quos memorat in tertio huius dicens: Quoruȝ inſcri-
ptionem poſui de ſententijs hyp. ⁊ pla. Et nono tera
pentice. c. vij. ⁊ liber de virtutibus diſpenſantibꝰ no-
ſtruȝ corpus: ⁊ de ſubſtantia virtutuȝ naturaliuȝ: ⁊ de
virtutibus naturalibus: de virtutibus animalibus
in generali credenduȝ eſt feciſſe libruȝ. dicit tamen in
fine tegni ſe in multis operibus dixiſſe de eiſ. dicit. n.
eſſe aīalium virtutū oſtendi in libro in quo ſunt tracta
tus multi. de virtute tamen motiua que vna eſt ex ſpe
ciebus animalis virtutis fecit librum aut cōtrahendo
ſermonem ad maſculorum motus: vt in libro de mo
tibus liquidis vel manifeſtis vel occultis: quem innu
it etiaȝ feciſſe in fine tertij tegni: aut ad motus muſcu-
lorum determinate partis. ⁊ ſic eſt liber de voce: liber
de vtilitate reſpirationis: liber de cauſis reſpirationis
liber de iuuamento anhelitus: liber de motu pectoris
⁊ liber de inſtrumento odoratus: quem recitat feciſſe ī
fine ſecundi de interioribus. De virtute vitali creden-
dum eſt ipſum feciſſe librū de operatione autē eius q̄
eſt pulſare fecit libros multos. primo liber de vtilita
te pulſus: liber de pulſu contra Archigenem: ⁊ liber
qui dicitur pronoſticum pulſus: de quo facit mentio-
nem. primo de differentijs febrium. c. vij. cū inquit.
Archigenes enim quicquid deliquit: ⁊ circa intelligen
tia ⁊ cognitioneȝ duri pulſus ⁊c. ⁊ liber compendium
pulſus: ⁊ liber introductorius ad Carolum: cōmentū
pulſus: liber de differentijs pulſus. Fecit etiaȝ libros
de cauſis efficientibus: ſicut liber de cauſis procatarti-
cis: ⁊ liber de cauſis corporalibus: cui adiacet liber de
plenitudine. cuius meminit. xiij. terapentice. de cau-
ſis finalibus non oportuit facere librum: qꝛ ſciā operationuȝ
continetur in ſcientia virtutum: ⁊ qꝛ ſcientia ſpirituū vadit ēt
cum illis: fecit etiaȝ libruȝ de contento in arterijs contra Ar-
chigenem: vt in fine tegni dicit. hic enī dicebat in venis pulſa
tilibus ſoluȝ ſpūm contineri ⁊ non ſanguineȝ: ſicut etiā recitat
ſexto epidimiarum Joannes alexandrinus. Fecit etiā libros
de fine. ſ. de ſanitate primo ſecundo de egritudine: de ſanitate
qdem ſm ſe fecit librū de optima habitudine ⁊ librū de eucra
ſia. de modo autem conſeruationis in generali ipſius ſanita-
tis fecit librum de regimine ſanitatis. ſed de regimine in ſpe
ciali vel preſeruatione fecit librum de exercitio cum parua ſpe-
ra: ⁊ librum de attenuanti dieta: ⁊ librum de his quibus con
uenit purgatio in vere cuius reminiſcitur in commento illiuſ
aphoriſmi ſexte particule: Quibus phlebotomia aut pharma
cia conuenit. ⁊ cum conſiderauit egritudinem: primo fecit li-
brum ad ſciendum ſimulationem egritudinum: qui dicitur de
modo ſciendi ⁊ redarguendi ſimulantes egritudinem. Se
cundo fecit etiam de egritudine libros multos: conſiderauit
enim egritudinum diuerſitatem in generali: ⁊ ſic fecit librum
de accidenti ⁊ morbo. diuerſitates autem ſpeciales ſunt ſecun
dum genera egritudinum. fecit igitur librum de modo male
complexionis librum de differentijs febrium. ⁊ annectitur ei
liber de tabe: ſaltem quantum ad primam eius partem. Fe-
cit etiam librum de mala compoſitione ſiue ſaluta vnitate: et
librum de diſlocatione quem allegat Raſis. xv. continenti.
De morbo compoſito fecit librum de tumoribus preter na-
turaȝ. i. apātibus: apā enim eſt morbus compoſitus ex tripli
ci genere morborum. ſ. mala complexione: mala cōpoſitione: ⁊
ſoluta vnitate: ſcda primi. c. v. Cuȝ autem conſiderauit egri
tudineȝ loca fecit librū de interioribus. ⁊ cum conſiderauit tē
pora morboruȝ ſiue menſurantia ſiue terminantia: fecit libꝛ
de quattuor temporibus morbi vniuerſalibuſ: ⁊ de quattuor
temporibus pticularibus: ⁊ libruȝ de creticis diebus: cui ad-
heret liber de criſi. ⁊ cū conſiderauit accidentia egritudinuȝ fe
cit librum de rigore: tremore: ſpaſmo: iectigatiōe: ⁊ de diſnia:
⁊ de typo: ⁊ librum de caumate: ⁊ librū de ſternutatione: cuius
recordatur in commento illius aphoriſmi quinte perticule:
Mulieri que a matrice. Rurſus conſiderans pronoſticatio-
nem ⁊ iudicium. fecit librum pronoſticorum diuiſum ī libros
duos. ⁊ adiacet huic noticie liber de ea que in ſomnijs digno
tione: Conſiderans autem modos curandi rationales genera
les ⁊ communes magis: fecit librum terapentice: ⁊ librum
decem tractatuum. Specialiores autem modos conſiderans:
fecit ſpeciales regulas cure: ⁊ ſecūdū hoc fecit librum de febri-
bus ad glauconem: ⁊ librum de cura ictericie ⁊ librum de cu-
ra lapidis ⁊ conſiderans experimenta fecit librū de ſecretis et
experimentis ad varias egritudines: ⁊ librum de facile his
acqſibilius cuius meminit. xiij: terapentice: capitulo rurſus.
Fecit etiam libros de inſtrumentis medicinalis ſcientie. ſ. ci-
bo ⁊ potu ⁊ manueli opatione de cibis fecit librum de alimē
tis ⁊ librū de euchimia ⁊ chachochimia. de potu fecit librū de
aqua ⁊ librum de vino: cui adiecit librum de vndimiis. de
medicinis aūt ſimplicibus fecit librū de ſimplici medicina.
de compoſitis ēt medicinis credo ipſum feciſſe antidotarium
his omnibus annectit liber de aphormacijs: ⁊ liber de qua-
draginta ſex plantis: quē habemus cū cōmento humain: liber
ēt de virtutibus centauree quē Nicholaus de Regio tranſtu-
lit: ⁊ liber dinamidiorum: ⁊ eſt dinamidius locus vbi ſcribūt
virtutes rerum: ⁊ liber de commoditatibus tyriace: ⁊ liber de
tyriaca ad ceſarem: quem allegat Raſis frequenter. Cum au
tem conſiderauit manualem operationem fecit librum de chi
rurgia: ⁊ ei annectitur liber de phlebotomia ſed forte conue-
nientium poneretur inter libros de cauſis efficientibus. ⁊ ſic
multi libri Galieni ſunt poſiti iu multis locis ſecundum ali
quam conſiderationem: qui ſecūdū aliam poſſunt alibi ſitua-
ri. Hoc tamen ſcias: ipſum Galienū centum ⁊ qnquaginta
volumina in medicina compoſuiſſe: teſte Joanne tortellio in
ſua ortographia. Hec colligi a dictis ſpecularis in medi-
na.

Finit libellus de diuiſione librorum Galieni.

¶ Incipit liber Hyppocratis de lege: qui introdoctorius dicitur traductus per Arnaldum de villa noua de greco in latinum.

MEdicina artium ꝑclariſſima ⁊ excellentiſſima propter in diſciplicam vtentium ⁊ indicantium talis vana in defectu ē vtiq; magis omnibus artibus. horum autem peccatum maxime mihi videtur habere cauſam hanc: quia ⁊ contra meritum medicine ſolius in ciuitatibus nullum determinatum eſt preter inglo riationem. hoc autem non vulnerat compoſitos ex ea. ſimillimi enim iſti ſunt introductis in tragedia: etenim illi figuraꝫ ⁊ indumentum ⁊ faciem ⁊ ſpeciem hipocrite habent non ſunt autem hypocrite. ſic autem ⁊ medici nomine quidem multi: opere autem valde pauci. congruit enim ⁊ ſiquis debet medicinalem ſcientiam vere doceri horum participem eſſe nature diſcipline doctrine loci altitudinis laboris ⁊ temporis. Primum quidem opus eſt natura: ſuper omnia habeat hanc. hac enim contra operante vana ſunt omnia. natura vero introducta ars doctrinalis fit: quam cum ſapientia facere oportet: diſciplinatum factum in hoc loco qui aptus natus fuerit ad diſciplinam. amplius autem inducere laborem in tempore multo curando quatenus diſciplina in naturam conuerſa apte ⁊ bene creſcat ⁊ fructus afferat. qualis autem eſt ſpeculatio vegetabilium que ſunt in terra talis eſt ⁊ medicine diſciplina: noſtra enim natura eſt qualis eſt regio: doctrine autem docentium qualia ſemina: diſciplina autem q; ipſa cadat in terram cultam ſecundum tempus. locus in quo eſt diſciplina ē quale nutrimentum quod eſt ex conuenienti aere factum vegetabilibus: labor autem cultura. tempus autem corroborauit omnia ⁊ fecit nutriri perfecte. Hec autem quibus indigēt medicine artem addiſcentes ⁊ vere ipſius noticiam accipientes ita per ciuitates euntes: non verbo ſed opere medicos reputari faciunt ignorantia autem eſt malus theſaurus ⁊ mala repoſitio habentibus ipſam ⁊ ſomniuꝫ viſio hilaritatis ⁊ gaudij expers: timiditatis ⁊ audacie nutricio timiditas infirmitatem ſignificat: audacia vero inartificialitatem: duorum enim hoc quidem ſcire facit: alterum vero neſcire: opinio autēꝫ ignorare. ſacre autē res exiſtentes ſacris hominibus oſtenduntur: prauis autē nequaq; priuſq; ꝑficientur ſecretis ſcientia.

¶ Explicit liber Hyppocratis de lege: qui introductorius dicitur traductus per Arnaldum de villa noua de greco in latinum.

¶ Hoc eſt hyppocratis iuſiurandum in cuiuſdaꝫ ſui libri pꝛincipio inuentum ⁊ e greco in latinum conuerſum per Petrum paulum vergerium faciatum.

TEſtor apollinem ⁊ eſculapiuꝫ higieq; ⁊ panaſaꝫ eſculapij filias ⁊ deos ⁊ deas omnes me: quam in me erit ⁊ q; ingenium meum valebit: hec omnia obſeruaturū: que hoc iureiurādo atque his tabulis continentur tributaruꝫ me preceptori meo a quo hanc artem edoctus ſum non minus q; parenti a quo ſum genitus vitam cum eo communicaturū res omnes quas illis neceſſarias eſſe intelligam pro viribus meis ſubminiſtraturū progeniem eius fratrū loco habiturū: hanc artē ſine mercede ⁊ ſine pactionibus edocturū: precepta omnia libenter ⁊ fideliter tradituruꝫ meis ⁊ preceptoris mei liberis ceteriſq; diſcipulis qui ſe legibus medicine aſtrinxerint atq; iurati fuerint: alij preterea nemini in curandis egrotis pro viribus ⁊ pro ingenio meo neceſſarijs rebus vſurum: nemini egritudineꝫ dilataturum: nihil per iniuriam facturum: rogatum nemini daturum: neq; id cuiq; conſulturum: neq; pregnanti mulieri ad interficiendum conceptum fetum potionē porrecturum: vitam meam atq; artem meaꝫ puram atq; integram ſeruaturum: laboranti luppila haud quēq; exciſurum: ſed expertis eius artis hoc negociū promiſſurum quācūq; domum ingreſſus fuero dūtaxat liberandis egrotis operam daturum: oē in iniuriam omnem corruptelam omne genus turpitudinis res etiā venereas ſponte mea euitaturū: ſiue muliebria corpora curauero ſiue virilia: ſiue hominis liberi ſiue ſerui que inter curandū vel videro vel audiero vel etiam extra curaꝫ in vita hominuꝫ cognouero que reticenda eſſe intelligam nemini aperturum: ſed item eratā taciturnitatē ſeruaturū. Preſens igitur iuſiurandū integre atq; incorrupte ſeruanti mihi omnia taꝫ in vita q; in arte mea proſpera feliciaq; ſuccedāt: ⁊ gloria in eternū parata ſit: trāſgredienti vero atq; periurio cōtraria omnia eueniant.

¶ Explicit Hyppocratis iuſiurandū i cuiuſdā ſui libri pꝛincipio iuentuꝫ: ⁊ e greco in latinum cōuerſuꝫ per Petrum pauluꝫ vergeriū faciatum.

## ¶ Regiſtrum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s
t u x y ꝫ ⁊

Omnes ſunt quaterni preter. ⁊. qui ē quinternus.

Impreſſuꝫ Venetiis per Philippuꝫ de pinzis de Caneto Anno ſalutis dñi nr̄i ieſu xp̄i. M.cccc.lxxxxi. die. xxvi. ſeptēbris.

Incipit tabula ſup libros Tegni que ordinata eſt codē ordine quo tabula poſita ſupra aū libros pnoſtico.


Capitula pri-
mi libri.
Tres ſunt oēs.
Prima quidem
Scđa vero que
Tertia vero ex
Conati ſūt ergo
Conat ſunt
Nullus tñ ante
Sed ⁊ illā gdem
Hic vero diffinit
Que vero ƀm
145
Sed nunc a diſ.
Medicina ē ſci.
Scie ergo nomē
Sanū autem ⁊
Et ƀm primam
Sed qm̄ effi.
Neutrū vero ⁊
146
Eſt aūt ⁊ de
Incipiamus igi.
Sanū eſt autez
Egrū vero cor.
Egruz vō vt nūc
147
Qm̄ aūt ⁊ neu.
Et hmōi quidez
Sanū vero ⁊
Capitula ſecū
di libri tegni.
Sunt aūt ⁊ hor
Egra vero ſigna.
Secundū vō hoc
148
Appellanť autē
Et vtilitas
Exn̄tibus vō ſa.
Cognitiones vō
Subſtātia quidē
Ab his vero que
Scđm vero ſeb.
Eor vero q̄ or.
Eor vō q̄ quidez
Genera aūt la.
In eaſdē vero
Ab optima vero.
149
Determinat aūt
Simpliciter vō e
Sunt vero hor
Et diuidiť
Quibus deiceps
Dolentia vero ⁊
Oibus his ſen.
Signa vero hor
Ponēt ibus no.
Signa ergo eg.
Quattuor autez
150
Principalia igiť
Ab illis vō ex
Ipſa vero ſeipſa
Alie vero omnes
Capillor
Hec quidē ptium
Principiū autē
Totius gdē cā.
Paruuz vero ca.
Magnū vō non
M151

Si vero ƀm ſocci.
Principalium.
Facilis igitur
Facilitas vero
Sic vero diffi.
Et bene mobile
Adhuc vero mi.
Nam ſi eucratio.
Talibus quidē i
Audire vero
152
Quecunq3 vero
Si vō calidius.
Deinceps vero ſi.
Friores q̄3 o3
Siccioris vero
Cōpoſita qui.
153
Si vero humidi
Frigidā vō ſimul
Humide vero ⁊
Hec igitur ſunt
Ex his q̄ tendēs
Quicūq3 q̄ tā.
Et leduntur quidē
154
Et hoc cōe in
Magnitudo
Ea vero q̄ ƀm
Glaucis vero o.
Niger vero ocu.
Subtile quidez.
Criſtalloides
Tractatus de
corde.
De cordis autez
Callidiores ergo
155
Eſt āt latit.
In fridiori vero
Spūs vō ſiqdez
Tales ⁊ timidi
Siccū vero co
Scđm ſygu.
156
Omniū piloſiſſi
Si vō hūiditas.
Hūidioris vero
Frigidū vero ⁊
Unū cōe in oi.
157
Tractatus de
epate.
Epatis vō cali.
Frigidioris vero
Siccioris vero
Humidioris
Calidi qdē ſimul
Caliditas ſiqdez
Siccitatē vero i
Media vero eſt
Min⁹ vō calidi
Manifeſtū ē q̄
158
Humidū quidez
Humidius vero
Tractatus teſti
culoruz
Teſticulor vero
Frida vero craſ.
Humida quidez
Calida vero ⁊ ſic.

Cōueniēdus ſiq
Si vero frigidi.
159
Sicca quidem.
Totius corporis
Totius vō corpiſ
Dicenť igitur ⁊
Cōpetentis vero
160
Quecunq3 vero
Frigidioris cra.
Sic cā vero craſſ
Et hūida vero
Et ƀm copula
Humida vero et
Frigida vero ⁊
Si vō frigidum
161
Decidēte vero
In oibus vero q̄
Cōſiderare vero
Similiter o3 pſi
Que acuta
Similirer vō ⁊
Tractatus de
ventre
Ventris cog.
Hūidioris vero
Calidior vero nā
162
Frigidus vero nā
Ex egritudinib⁹
Scđm cōplerio
Diligenter vero
Sed pp̄ter hor
Siccitates vero
nō vero ipſa
Itaq3 neq3 ſemp
Qm̄ vero hmōi
Alie vero per
163
Que vero pp̄ter
Capitis igiť ma
Ea vero q̄ intra
Ventrē ſiquidem
Velut ſi ita
Alter vero.
164
Ex quibus ma.
Sed de his ſuffi
Quecūq3 vero in
Nō apparentia
Scđm vero ptē
Ea vero que ſc.
165
Ea vero q̄ ſ epar
Ita vero ⁊ ƀm
Et ƀm pectus
Et ƀm tracheam
166
Proportionaliť
Ex hūoribus q.
Dolores vero
Noceť aūt ⁊
Quecunq3 vō eg
Et oñſionē ppri
Dictū eſt autem
Egrotantiū qdez
Eadē qdē q̄ ſunt
167
In medio vero
Et pp̄ter hoc

In eo quidē
Scđm vero ea3.
Nihil vō mirā.
Scđm vō alter.
Quecunq3 vō ſi.
Et ſigna q̄ inue.
De his quidem
Future vero
Egrediantur
Velut oxerun
Aut nō ƀm
Ita vero ⁊ humi.
Et vigilie
168
Torſo vō in
Queadmodū
Et pp̄terea ad a
Ita vero ⁊ alia
Alia vñ ſunt ƀm
Scđm odoratū.
Scđm auditum
Queadmodum
Scđm tactum
Itaq3 vero ⁊ ſer
169
Quecunq3 vero
Quar genera
Māifeſte quidez
Queadmodum
Neq3 dig.
Dictum eſt autē
Ego autē iam.
Sequnť capl'a
tertij libri tegni.
Quecūq3 vō ab
Qm̄ vō ⁊ har c.
170
Qm̄ vō ⁊ har in
A ſuātib⁹ incipi
Cū igitur ſit non
Rurſus igiť pn
Si.n. eſſet ipaſſi.
Que manife.
Alteraf igitur
Quod igitur
Eſt igiť vnum
Sub his.n. oi
Ex motione
171
Itaq3 vero ⁊ ex
Et ex his que
Aut egeruntur
Omnia cui hec
Et corrumpunt
Et ſcriptum eſt
Hec igitur oi
Itaq3 vero ex
Cū ſiquidē moti
Et he ſunt due
Etenim tpe ve.
Si.n. idiget cor
172
Qm̄ aūt in his
Perfecte igitur
Qm̄ vero ⁊ ſi
Cōſiderationes
In cibis vero per
Equaf vero quo
Ita vero ⁊ ſom.
Et eis dieta
Abſtinere vero
173
Venereor

Tp̄s vero v.
Qualitatem
Hor vero que co.
Similiter vō et
Si vero ƀm ali.
Plurib⁹ vō tali
Craſſi igitur per.
Seruātes vero
Calidiora enim
174
Vtetur vero ⁊
Qm̄ motio
Contraria
Ita vero ⁊ cale.
Et ſimpliciter eſt
Si vero pmuta.
Calidiorem eniz
Hoc ſiquidē ge.
Vtilitas vero
Quō igitur ⁊ hi
Simile igiť diſ
Pōt.n. venter
Organicor.
175
In plaſmati.
Scđz quātitatē
In numero
Reliquuz vō ge
Quecunq3 igiť
Et q̄cunq3 qui
Et quecunq3 qui
Deficientium
Dium aūt horuz
176
Eadē vero ⁊ eor
Manifeſtū ē aūt
Queadmoduz in
Alijs vō emphra
Reliquuz adhuc
Quā forſitan
Ad manifeſt.
Et hmōi quidez
Prime vō oīum
Vtrunq3
Iā ſiquidē factaz
Mondū vō exi.
Ei⁹ vō q̄ adhuc
Prohibeť igitur
177
Facta vero egrit.
Curatio quidem
Scđm vero per.
Calide igiť diſ.
Si.v. imodera.
Manifeſtū vero
Ad inuētionem
Quecunq3 vō ca
Ferunt eniz ſi ita
178
Sed dicta quidē
Eūnes.
Sciētes igitur
Scđm hāc ptem
Nūc cōe habētes
Scđz vero cōpoſ
Velut ſi ita ac.
Si i giť ipſi pti.
In pfundo vero
Si igiť calidi⁹ ē
179
Si vero frig.

Ita vero in hu.
Expoſitiōe qdez
Ex plaſmatione
Manifeſtū vero
Soluta vero con
Non differt vō
Precedit autem
Vt vō ea fiat
Cōglutinat v
Primū quidem
180
Si vero alicui
In p̄ſenti vero
Fractura igitur.
Gnātio vero po.
Molle vero ⁊
Raro vero
Qm̄ vero ha
Superfluitates
Propterea de
Nerui vero ⁊ te
181
Scđm cōpoſitas
Dicte vero ſunt
Et quidē oportet
Intētionē ergo
Ita vero ⁊ ſi vl.
Dictum eſt autē
Et qdē ſi
182
Et de his qui.
Ad id vero quod
Eor igitur que
Intentio vero
Si vero fractu.
Eſt aūt ⁊ emp.
Hec quidē a.
Que vero exiſte
183
Que vero ex la.
Eius vero q̄ p̄ter
Immoderata
Quibus cūq3
Amplioris vero
Quecunq3 igiť i
Quecūq3 vero b3
Quecūq3 vero ſb
Ita vero ⁊ q̄cūq3
Uno vero capitu
Quecūq3 vō non
Intentio vero
184
Quecūq3 vero aſ
Quecunq3 ver
Quecunq3 vero
Omniū ē autez
Si vero adiuicez
Sufficiet autem
Hmōi vero
Neceſſarium aūt
185
Per ipaz autem
Si igitur fuerit.
Repellemus āt
Relicte vero
Euacuati vero
Sed qm̄ di.
186
Et tñ ſufficiens
Dehinc vero in
Priora igitur ſa.
Alia vero a pla.

Supponať eniz
Altera vero
Sed qm̄ in pro
Igitur euacueť
187
Inquantū vero
Quoniam vero
Duplici vero
Quibus vero.
Hac igitur rōne
Quedam vero.
Scđm vero q̄q3
Epichenin vero
In quo quidem
188
Quecunq3 vero
Unde nec inten.
Sed ad reli.
Fit autem hoc
Itaq3 ⁊ curon
Ex quibus vero
Deinde vero di
Triplex vero
In humoribus
Quos neq3
Augmētati eniz
189
Augmentantur
Intentio vero
Alteranť igitur
Euāť vero
Proprie vero a
Euacuanť enim
Antiſpaſeos vō
Deriuatio vero
Omnia igiť que
Queadmodum
Neutre vero
190
Pōt āt ali.
Dictum eſt autē
Reſumptiua
Perfecte quidez
Si igiť diſpō
Cauſe vero ſa.
Et ſi multum
Cibor vero in
Potus vō aptus
Dictū eſt autem
191
Nunc.n. non
Dictū igitur qui
De his quidem.
Triptita eſt
Poſt hunc autez
Qm̄ āt ⁊ in
Demōſtrantes.
De principia
Ex hui⁹ generis
Ad cognitiones
Ex hoc genere
Vtilia autem ad
Et qui deſim.
Hec igitur oia
192
Que terapeu.
Quoniā āt ⁊ ā
De alijs autem
193
Finit tabula